

Vp 23100

Bibliothek
der Universität
Innsbruck

EUCLIDIS

OPERA OMNIA.

EDIDERUNT

I. L. HEIBERG ET H. MENGE.

VOL. VII.

Ex Biblioth. Universitatis Frider. Guil. Berolin.

1895.107

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCV.

EUCLIDIS OPTICA,

OPTICORUM RECENSIO THEONIS,

CATOPTRICA,

CUM SCHOLIIS ANTIQUIS.

EDIDIT

I. L. HEIBERG,

PROFESSOR DR. PHIL.

Ex Biblioth.
Universitatis
Frider. Guil.
Berolin.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCV.

6 Le.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Codicibus in hoc uolumine usus sum his:

I. In Opticis genuinis:

V = cod. Uindobonensis XXXI, 13 (= philos. Gr. 103 Lambecius), s. XII, in hac parte bombycinus, de quo u. uol. V p. XXIX sq. hinc Optica genuina primus edidi a. 1882 (Litterargesch. Studien über Euklid p. 93—129), postea locos dubios rursus inspexi Uindobonae 1883.

B = cod. Bodleianus Auct. F 6, 23, bombycinus s. XIII. continet f. 1—265^{r} Element. I—XIII, f. 265^{u} initium libri XIV, sed deletum, f. 266—273 Optica ad p. 60, 17 alia manu, sed eiusdem temporis. haec pars codicis pessime habita est, ita ut multa legi nequeant; quare de eius scriptura nihil adfirmatum uolo, nisi quod diserte adnotaui. contuli ipse Oxonii.

v = cod. Uatic. Gr. 1038, membr. s. XIII, de quo u. uol. V p. V—VI. contuli ipse.

Vat. = cod. Uatic. Gr. 1316, ex libris Fuluii Ursini, duobus uoluminibus constans. continet fol. 1—331 (bomb. s. XIV) Iliadem cum paraphrasi, f. 332^{r} *ἀλβέρτου πίου καρπαίων ἄρχοντος κτῆμα*, f. 332^{u}—336 uacant, f. 337—352 (membr. s. XV) Optica ad p. 118, 24 a manu recentissima (Vat. m. 2)

correcta, f. 353—354 (chart.) Archimedis *περὶ τῶν ὕδατι ἐφισταμένων.* contuli ipse.

Vat.[1] = cod. Uatic. Gr. 1039, chartac. s. XV. continet Element. libb. XIV—XV, Optica ad p. 118, 10, Phaenomena (des. *ἴσαι περιφέρειαι αἱ δε εξ. λέγω, ὅτι*). locos quosdam inspexi.

m = cod. Marcian. Gr. 303, bomb. s. XIV, de quo u. V p. VIII. descripsi Uenetiis 1881.

A = cod. Ambros. A 92 sup. quinque fragmenta codicum diuersorum*), quorum ultimum (fol. 139—142, chart. s. XV) quattuor foliis formae minimae Opticorum continet p. 78, 11 *πρός* — 82, 14, p. 86, 9 *ὀρθάς* — 90, 3 *ἐάν*, p. 104, 16 *ἄρα* — 110, 3, p. 112, 5 *ἀκτίνων* — 116, 2 *τῆς*. contulit Henricus Menge.

D = cod. Dresd. lat. Db 86, membr. s. XIV, de quo u. Curtze, Zeitschr. f. Math. u. Phys. XXVIII hist. Abth. p. 1 sqq. hinc (fol. 111—122[r]) sumpsi interpretationem Latinam, in qua edenda orthographiam codicis neglexi, nisi in uocabulis Graecis,

---

*) Cfr. Rivola, Vita di Federico Borromeo p. 314: Hebbe cotal' apparato suo principio da una colletta di libri, ch' esso Federico dimorando in Roma mosso da magnanimo spirito fece nelle pubbliche piazze raccogliere e comperare. Venuto era alle orecchie di lui, che molti libri cosi stampati come manuscritti si esponevano tratto tratto dalla rozza ed ignorante plebe in pubblico sopra le panche o tavole per esser come poco buoni a qualsivoglia bottegaio per invoglio o per altro servigio di sua mercatantia venduti, e spiacquegli si fattamente l' intendere, che a si misera ed infelice sorte si soggettassero que' parti .... che ... ordinò ad un suo familiare, che la citta tutta di quando in quando per suo diporto scorresse e cotali libri, non ostante che per antichita guasti fossero ...., comperasse ed a casa gli facesse ... portare.

errores uero plerosque retinui, ne quid utilitati interpretationis ad Graecum eius fundamentum restituendum detraheretur; errores, qui ad codicem Graecum referri non possunt, plerumque in adnotatione, raro in textu emendaui. descripsi ipse.

L = cod. Musei Britannici Add. 17,368. inter alia mathematica et astronomica fol. 60—69^{r} eandem interpretationem habet. locos nonnullos inspexi.

M = cod. Marcianus lat. 332 s. XIII. inspexi.

De ratione horum codicum u. Prolegom. I.

II. Scholia in Optica genuina e solo fere V desumpsi (nr. 54 etiam in Vat.^{1}, nr. 72 et 78 etiam in A, nr. 89 e solo A), ubi manibus V^{a} V^{b} V^{1} V^{2}, de quibus u. V p. XI—XII, neglegenter scripta sunt. nonnulla in codice deleta uel erasa sunt; minora quaedam, quae satis certo legi non poterant, omisi. dubitari non potest, quin omnia scholia ab ipsis librariis codicis profecta sint; quare saeculo XII antiquiora non sunt.

III. In Opticorum recensione Theonis:

V = cod. Uatic. Gr. 204, membr. s. X, de quo u. V p. XII. Optica habet fol. 42^{u}—58^{r} manu recentiore (V m. rec.) correcta.

v = cod. Uatic. Gr. 191, bomb. s. XIII—XIV, de quo u. Parthey, Monatsberichte der Berliner Academie 1863 p. 374 sq.

p = cod. Paris. Gr. 2390, bombyc. s. XIII; u. Omont, Inventaire II p. 251. Optica habet fol. 265—275. omnes ipse contuli.

IV. Scholia in Opticorum recensionem Theonis e multis codicibus descripsi; ubi V uel alius codex antiquior aderat, iuniores inspexi tantum, non contuli, quod significaui siglo codicis non collati uncis incluso.

V = cod. Uatic. 204; u. supra.
V^1 = eiusdem manus recentior (V man. rec.).
V^2 = eiusdem manus recentissima.
v^1 = cod. Uatic. 191 manus recens (a manu 1 nulla scholia sunt).
Vat. = cod. Uatic. 192, bomb. s. XIV (u. Om Scholierne til Euklids Elementer p. 34).
Vat. m. 2 = eiusdem manus recentior.
Vat.^{1} = eiusdem manus recentissima.
R = cod. Uatic. 202, chart. s. XIV—XV (u. Om Scholierne til Euklids Elementer p. 34).*)
O = cod. Ottobon. Gr. 102, chart. s. XVI, fol. 8—22.
F = cod. Laurentianus XXVIII, 10, chart. s. XV.
A = cod. Ambros. A 101 sup., chart. s. XV.
M = cod. Marcianus 304, chart. s. XV.
M^1 = eiusdem manus recens.
p = cod. Paris. Gr. 2107, chart. s. XV.
q = cod. Paris. Gr. 2342, chart. s. XIV.
r = cod. Paris. Gr. 2350, chart. s. XVI.
s = cod. Paris. Gr. 2351, chart. s. XVI.
t = cod. Paris. Gr. 2363, chart. s. XV.
u = cod. Paris. Gr. 2472, chart. s. XIV.
x = cod. Paris. Gr. 2390, de quo u. supra (= p).

---

*) Scholia nr. 12 et 14 p. 254—255 (R^1) errore hic posita sunt; pertinent ad Optica antiqua, ubi inter scholia sunt nr. 6 et 8, et petita sunt e cod. Uatic. 1039 (= Vat.^{1}).

V. In Catoptricis usus sum his (ipse contuli):

V = cod. Uatic. Gr. 204 fol. 135—144^{r}, de quo u. supra; correctus est initio manu recentissima.

v = cod. Uatic. Gr. 191; u. supra.

M = cod. Marcianus 303; u. supra.

m = cod. Marcianus 301, chart. s. XV.

VI. Scholia Catoptricorum sumpsi ex his:

V = cod. Uatic. Gr. 204.

V^{1} = eiusdem manus recens; u. supra.

p = cod. Paris. Gr. 2107; u. supra.

q = cod. Paris. Gr. 2342; u. supra.

q^{1} = eiusdem manus eadem atramento rubro.

p. 14, 2 pro *ἴσῃ* scribendum *ἴσα*.

Scr. Hauniae mense Nouembri MDCCCXCIV.

I. L. Heiberg.

PROLEGOMENA.

I.

De codicibus Opticorum genuinorum.

Codicum supra enumeratorum duae classes distinguuntur, VVat.^{1}m et BVat.v, quarum principes sunt VB, et ita principes, ut ceteris nihil sit momenti. nam primum Vat.v non modo nusquam meliora praebent quam B, sed etiam in erroribus stultissimis cum eo consentiunt, uelut p. 14, 13 (*οὐ* ortum e compendio $\odot^{\upsilon}$); 16, 16; 52, 24. et eos ex ipso B originem ducere ostendunt loci, ubi compendia codicis B errores genuerunt, uelut p. 42, 13; 46, 25, 26 — in B enim saepe scribitur $-\vartheta^{\omega}$ pro *-ϑωσαν* —; 54, 2; 56, 3; cfr. praeterea de Vat. p. 32, 25; 34, 24; 50, 16; 52, 11, de v p. 30, 5; 32, 24; 46, 14 (*βάσης*); 52, 10, 13; 56, 11, 13, 19*), et p. 20, 9, 10, 15; 22, 1; 38, 14, 19; 42, 3 al., ubi in v legitur *ν* pro *γ*, quia in B hae litterae distingui uix possunt; etiam p. 20, 16 *οη* pro *εη* in v legitur, quia *ε* littera in B obscurius scripta est. loco, qui est p. 30, 17, cogimur codicem inter B et Vat.v intermedium statuere; nam verba *τῇ ὄψει ἡλίου* in B sunt. huic classi adcedit A (u. p. 80, 12, 16, 20; 82, 8, 12; 88, 5, 7, 11, 20; 90, 1, 2; 104, 17, 21, 23, 25; 106, 3, 4, 8; 108, 6; 114, 12; 116, 1). Vat. a manu 2 ad similitudinem codicis V correctus est (p. 22, 19; 26, 2; 28, 14; 74, 7; 88, 6 al.), postquam is a manu 2 correctus erat (p. 4, 27; 24, 4; 28, 7; 36, 25; 40, 9; 46, 14; 50, 7; 82, 26).

in altera classe Vat.^{1}m ex eodem archetypo deriuatos esse, adparet ex summo eorum in erroribus consensu (p. 2, 7, 8; 8, 1; 24, 14; 34, 12; 36, 4, 10; 68, 13, 16; 76, 15; 78, 14, 16; 106, 2; 108, 15; 116, 18); nam Vat.^{1} ex m descriptum non esse, ex p. 68, 21 et p. 108, 11 (*γενομένων*) concludi potest. nec dubium est, quin hic archetypus ex V pendeat; nam quae m meliora habet (p. 10, 10, 25; 102, 19; 104, 6 al.) — e Vat.^{1} nihil eius-

---

*) Huc referri potest etiam p. 98, 3, ubi B sine dubio idem compendium habuit, quod Vat.

modi enotaui —, librario debentur, qui alia quoque suo arbitrio emendauit, uelut p. 24, 9; 68, 17, 20; 74, 4, 9, 10, 11; 80, 11; 82, 21, 22; 88, 7; 92, 9, quibus locis consensus alterius classis cum V interpolationem arguit. et est, cur putemus, hunc archetypum communem esse cod. Laurent. XXVIII, 6 (f), quem e V descriptum esse demonstraui V p. XXVI sq.; cfr. p. 4, 8 *παραφερομένων*] V, $\overset{\varepsilon}{\pi}φερομένων$ f, *περιφερομένων* m; p. 10, 26 *ΠΚ*] V, $\overset{\pi}{\kappa}$ f, $\overline{\kappa\pi}$ Vat.^{1}m; p. 12, 21 *ΔΓΚ*] in ras. V, $\overline{\beta\gamma\kappa}$ fm; p. 50, 7 *τῶν κώνων*] V, *τοῦ κυλίνδρου* mg. m. 2; *τῶν κώνων* f, *κυλίνδρων* mg. m. 1; *τῶν κώνων καὶ τῶν κυλίνδρων* Vat.^{1}m; p. 68, 8 *ΑΓΖ*] corr. ex *Α* V, $\overline{\alpha\xi}$ f, $^{\beta}\alpha\xi$ Vat.^{1}, *βαξ* m; p. 82, 26 *ΒΔΓ*] $\beta\delta\overset{\xi}{\gamma}$ V (h. e. *ΒΔΖΓ*), *βξδγ* fVat.^{1}m; p. 102, 17 *τά*] V, *τὰ γάρ* f, *τὰ γάρ* deleto *γάρ* Vat.^{1}; p. 108, 5 *ἐπὶ μιᾶς*—7 *Γ, Ζ, Α*] mg. m. 2 V, mg. m. 1 paullo superius f, mg. m. 1 ad p. 106, 26 Vat.^{1}, om. m; p. 108, 13 *προηγεῖσθαι*] V, *προκεῖσθαι* fVat.^{1}m.*)

praeter codices iam commemoratos etiam cod. Laurent. XXVIII, 3 Optica nostra habet, sed in hac parte (*φ*) ex f descriptus est, ut demonstraui V p. XXVI. in cod. Uatic. Gr. 246 (chart. s. XV) inter alia fol. 17^r leguntur definitiones his scripturis uariantibus: p. 2, 1 *Εὐκλείδου ὀπτικοὶ ὅροι*, 8 *ἄν* om., *προσ-* supra scr., 11 *δέ*] *δ'*, *ἐλάσσονος ἐλάσσονα*, 16 *μὲν ὑπό*] *ἐπί*. alios codices non inueni.

restant igitur soli VB; quorum V praeferendus esse uidetur, non modo quod antiquior est, sed etiam quod B, quamquam saepe meliorem scripturam habet (p. 12, 24—25; 16, 17; 20, 1; 22, 19; 24, 9; 34, 23; 36, 14; 52, 2; 54, 13; 56, 20; item Vat. v, ubi B deest, p. 60, 18; 68, 2; 74, 7; 82, 5; 88, 6; 100, 24; 114, 15 — scripturas p. 16, 17; 36, 14; 74, 7 confirmat recensio Theonis p. 166, 14; 180, 9; 210, 12 —; fortasse etiam p. 8, 12; 26, 20; 34, 21; 38, 1; 42, 16 et p. 40, 9; 66, 22 *ἔτι δέ*, quae confirmantur scriptura Theonis p. 184, 4; 204, 14), ab interpolationis suspicione liber non est. uelut p. 6, 26 erroris origo intellegitur e scriptura codicis V, e scriptura codicis B non intellegitur; p. 18, 10; 36, 16 error non recte correctus est, p. 26, 11 cum V m. 2 in coniectura superflua conspirat, item p. 20, 28 (cfr. enim

---

*) P. 120, 6 haec est scriptura codicis f: *σημ. ὅτι οὕτως ὀφείλει γραφεῖναι (-ῆναι)· ἐὰν δὲ ἡ ἐπὶ τὴν συναφὴν τὴν διάμετρον* (scr. *τῶν διαμέτρων*) *μήτε πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ* (scr. *ᾗ*) *τῷ ἐπιπέδῳ* cetera ut V, qui hinc restitui potest; cfr. m.

p. 22, 1, 15); cfr. praeterea p. 6, 27; 30, 16; 40, 18. similiter, ubi B deest, Vat.v cum V male correcto conspirant p. 70, 4, coniecturam falsam habent p. 80, 12; cfr. p. 64, 11. praeterea error p. 118, 21 in Vat. ex eo compendio ortus est, quod V seruauit. p. 84, 18 nunc dubito, an *ὀρθήν* cum V omittendum sit, quamquam apud Theonem p. 216, 12 exstat, sed ante *γωνίαν*; nam p. 36, 18; 38, 23 B ad similitudinem recensionis Theoninae p. 180, 16; 182, 17 postea correctus est et p. 54, 4 cum ea p. 192, 19 in scriptura minus exquisita contra V conspirat. etiam recensio Theonis interpolationes codicis B arguit p. 162, 3 (= p. 10, 19); 170, 2 (= 20, 4); 180, 14 (= 36, 16); 188, 18 (= 46, 13); 196, 22 (= 58, 15); 202, 6 sq. (= 64, 11); 204, 14 (= 66, 22 *εὐθεῖα* om.); 244, 3 (= 118, 4). itaque in recipiendis scripturis classis secundae, etiam si per se bonae sunt, caute agendum, nec sine certa causa a V discedendum.*)

Interpretationem Latinam e *D* solo edidi, quia eum solum totum conferre potui; sine dubio aliunde emendari potest. speciminis causa huc congeram, quae notaui (praeter pauca, quae in adparatu dedi) ex *ML* et cod. Amplon. Q 387 (saec. XIV, fol. 47^{r}—52^{r}, in fine: explicit liber de uisibus). p. 3, 1 rectas ductas] eductas rectas *Ampl.*; ductas lineas] lineas eductas *ML*; 2 inmensarum] inmensurarum *L in ras.*; uisibus] uisibus quidem *ML Ampl.* (cfr. p. 2, 3); 5 inciderit] incidunt *L*; 6 inciderit] incidunt *L*; 7 quidem] *om. M*; uero minori] minori uero *ML*; 11 quidem] *om. M*; 16 enim] quidem *Ampl.*; quidem] *om. Ampl.*; esto] *om. M*; 17 incidunt *Ampl.*; igitur] ergo *Ampl.*; p. 5, 1 uisus incidentes *M*; 2 fient] fieret *L*; et] puncta *M in ras.*; 3 non ergo uidebitur] *mg. m. 1 Ampl.*; simul uidebitur *M*; 4 *ad* totum *M*; simul] *om. L*; 8 quidem oculus *L*; 10 sit] *om. L*; 19 enim] *om. L*; autem] *om. L*; p. 7, 1 iam non *L*; 8 e] a *Ampl.*; minora] maiora *Ampl.*; p. 121, 8 epipedo *Ampl.*; 9 diametrorum] *om. Ampl.*; 11 nec] neque *Ampl.*; 12 demonstrabuntur *Ampl. pro* p. 5, 12 trigoni — 16 uidentur *et* p. 7, 2 ad *k* — 4 uidebitur *prorsus alia habet L*; et omnino etiam in aliis codicibus aliae exstant a Graecis uerbis diffe-

---

*) P. 72, 7 cum V correcto et B pro *γάρ* scribendum esse *οὖν*, ostendit recensio Theonis p. 208, 16; p. 68, 16 pro *ὥστε εἰσίν* supplendum *καί εἰσιν* cum Theone p. 204, 25; itaque classis secunda uestigium ueri seruauit. p. 16, 27 *καί* delendum, quia in correcto demum V additur, cuius nulla est auctoritas.

rentiae, de quibus in cap. III locus erit dicendi. si his interpolationibus ad tempus omissis interpretationem cum Graecis codicibus comparamus, adparet, eam codice Graeco niti, si summam spectes, nostris simili; iidem enim errores occurrunt, uelut p. 5, 18; 7, 5; 13, 11; 15, 6; 17, 2, 9; 19, 4—5; 25, 3, 5; 67, 16; 69, 13; 81, 11; 83, 4; 89, 5; 95, 1; 97, 6, 17; 103, 7; 107, 3, 4 (cfr. p. 105, 15); 109, 7; 115, 3—4. scripturam emendatiorem raro habuit, uelut p. 29, 11; 115, 2; 117, 14, et fortasse p. 31, 2 (*ὡς — λέγεται* p. 30, 3 om.); p. 31, 5 (*τῶν δέ — πλευραί* p. 30, 7—8 om.); p. 71, 28 (fort. scr. *διὰ τοῦ κέντρου αἱ AB, ΓΔ* p. 70, 19); p. 81, 13 (*πᾶσαι ἄνισοι* p. 80, 17?); p. 89, 8 (pro *ΓΕΑ* p. 88, 8 fort. *ΓΕΗ*); p. 97, 20 (pro *ΑΕ* p. 96, 23 melius *ΕΑ*). lacunae p. 37, 2; 39, 7; 77, 12; 79, 16; 87, 21; 99, 19 fortasse librario debentur. raro cum V conspirat (p. 11, 12; 19, 8; 27, 15; 31, 6, 14; 39, 5; 47, 11; 49, 5; 71, 1; 83, 9; 89, 9?), contra cum altera classe summus est consensus (p. 7, 16, 18; 9, 11, 24; 11, 12, 19; 13, 12; 15, 21; 17, 13, 20; 19, 4, 5, 17; 21, 22; 25, 7; 27, 9, 14; 33, 3; 35, 14; 37, 5, 7, 15; 39, 3, 16; 41, 2, 4, 7; 43, 12; 45, 3; 47, 7, 8; 53, 6, 12; 55, 12; 57, 11; 63, 2, 17, 18, 21; 65, 5, 6, 8, 10, 11, 12, 15; 67, 3, 6, 7, 15; 69, 2, 3, 8; 71, 10; 75, 4; 79, 6; 83, 15; 85, 5; 89, 7, 9; 91, 12, 14; 97, 15, 16; 101, 19; 103, 9; cfr. p. 25, 16; 35, 16; 41, 1; 103, 17; cum v solo p. 105, 7, cum Vat. solo p. 61, 6), etiam in mendis apertis (p. 71, 16; 73, 6; 75, 9; 79, 4; 101, 6; 105, 15; 107, 3, 4; 115, 8; cfr. p. 5, 13; 15, 8; 97, 14). in hac tanta constantia memorabile est, eam locis haud ita paucis etiam cum m e priore classe consentire (p. 27, 14; 37, 11; 67, 18; 69, 12; 75, 7; 79, 4), interdum in erroribus grauioribus, uelut p. 37, 13; 83, 8; 99, 10, 22. de origine eius in cap. III uidebimus.

II.

De codicibus Opticorum Theoninorum.

Primum codices praeter Vv, qui et Optica Theonis et Catoptrica continent, enumeremus.

1) cod. Uatic. Gr. 192 s. XIV, u. supra.

2) cod. Ottobon. Gr. 102, chartac. s. XVI, ex codicibus Iohannis Angeli Ducis ab Altaemps. continet Catoptrica, Optica, Heliodorum, Arrianum in Epictet.

3) cod. Angelic. C 2, 9, chartac. s. XV; u. Om Scholierne til Euklids Elementer p. 34.

4) cod. Scorial. X—I—4, chartac. s. XVI; scripsit Ualerianus Foroliuiensis. continet Catoptrica, Phaenomena, Optica cum scholiis.

5) cod. Paris. Gr. 2107, chartac. s. XIV—XV. continet inter uaria mathematica, astronomica, medica (u. Omont II p. 196) fol. 27—58 Optica et Catoptrica.

6) cod. Paris. Gr. 2342, chartac. s. XIV, u. Apollon. II p. XII et LXIX. Optica habet fol. 109—113, Catoptrica fol. 116—118^{r}.

7) cod. Paris. Gr. 2347, chartac. s. XVI. continet Elem. I—XIII, Data, Marinum, Optica fol. 346—364, Catoptrica fol. 365—376, Hypsiclem, Phaenomena.

8) cod. Paris. Gr. 2350, chartac. s. XVI; scripsit Petrus Uergetius. u. Om Scholierne til Euklids Elem. p. 56.

9) cod. Paris. Gr. 2352, chartac., scr. Iohannes Rhosus a. 1487—1488. continet Proclum in Elem., Catoptrica, Phaenomena, Optica, Data.

10) cod. Paris. Gr. 2366, chartac. s. XVI; scripsit Iohannes Hydruntinus. u. Om Schol. t. Eukl. Elem. p. 34.

11) cod. Paris. Gr. 2468, chartac., scr. Angelus Uergetius a. 1565. continet Optica, Catoptrica, Phaenomena.

12) cod. Paris. suppl. Gr. 186, chartac., scr. Angelus Uergetius a. 1537. continet Elem. I—XV, Catoptrica, Optica.

13) cod. Paris. suppl. Gr. 195, chartac. s. XV. continet Catoptrica, Optica, Anonymi Optica, Isagog. harmon. fuit *'Αλβήρτου 'Ρυμβοκτίου καὶ τῶν σπουδαίων*; f. 1 mg.: 1507 Uenetiis And. Conerj.

14) cod. Monac. Gr. 361, bomb. s. XIII. continet praeter Optica fol. 8—14 et Catoptrica fol. 15—17^{r} sine ordine Phaenomena, Data, Ptolemaei Harmon.

15) cod. Berolin. Philipps. Gr. 1542, chartac. s. XVI. continet Catoptrica, Phaenomena, Optica, Data.

16) cod. Oxon. coll. S. Iohannis 55, chartac. s. XVI. continet Optica, Phaenomena, Catoptrica („ex dono Reuerend. in Christo Patris Gul. Laud, Archiepiscopi Cantuariensis Anno 1642“).

17) cod. Cantabrig. Uniuersit. Gg II, 33, chartac. s. XV—XVI. continet inter multa alia mathematica et astronomica (Coxe III p. 58 sq.) Optica fol. 248—251^{r}, 252—253, 107—109^{r} (propp. 1—24 cum scholiis) et Catoptrica fol. 258—261.

18) cod. Cantabrig. Uniuersit. Nn III, 8, chartac. s. XVI. continet Catoptrica, Phaenomena, Optica.

19) cod. Bodleian. Baroccian. 161, chartac. s. XV. continet

fol. 196—380 Catoptrica, Phaenomena, Optica, Data. praecedunt et sequuntur alia mathematica, u. Coxe I p. 276.

20) cod. Leidensis 7, chartac. s. XVI, de quo u. V p. CIV.

21) cod. Barberin. II, 81, chartac. s. XV. continet Catoptrica fol. 1—7, 32—35^{r}, Optica fol. 59^{u}—80^{r}, praeterea sine ordine Phaenomena, Data, commentarium in Cleomedem, Heronis Geodaesiam.

22) cod. Ambros. A 101 sup., de quo u. Apollon. II p. XII, nisi quod nunc adfirmare possum, codicem chartaceum esse saec. XV—XVI.

23) cod. Uindobon. suppl. 9, chartac. s. XVII; u. Apollon. II p. XIII.

24) cod. Uindobon. Gr. 120 praeter mechanica quaedam fol. 37 — 39^{r} fragmenta habet Catoptricorum (definitiones, propp. 1, 3, 4, ult.) et Opticorum (propp. 18—21).

25) cod. Toletan. Biblioth. Capitul. 98—13, chartac. s. XVI; u. Graux et Martin, Notices p. 278. continet Catoptrica, Phaenomena, Optica, Data.

Optica sola sine Catoptricis hi codices habent:

26) cod. Uatic. Gr. 202, chartac. s. XIV—XV, u. supra p. VIII.

27) cod. Laurent. XXVIII, 10, chartac. s. XV. continet Data, Optica, Phaenomena.

28) cod. Marcian. 304, chartac. s. XV. continet Optica, Autolycum de sphaera mota, Theodosium de habitat., de diebus, Aristarchum, Autolycum de ortu, Hypsiclem.

29) cod. Paris. Gr. 2351, chartac. s. XVI; scripsit Constantinus Palaeocappa. continet Phaenomena et fol. 65—116 Optica.

30) cod. Paris. Gr. 2363, chartac. s. XV. inter alia mathematica et astronomica (u. Omont II p. 246—247)*) Optica habet fol. 29^{u}—40^{r}.

31) cod. Paris. Gr. 2390, bomb. s. XIII, = p; u. supra.

32) cod. Paris. Gr. 2472, chartac. s. XIV. inter alia mathematica et astronomica (u. Omont II p. 266—267) Optica continet fol. 49—63.

De aestimatione horum codicum nunc aliter iudico, ac cum ante hos quinque annos textum huius uoluminis recenserem; nec, cum in itinere sine schedis meis plagulas corrigerem, noua moliri ausus sum. quare hoc loco quaedam retractanda.

---

*) Addendum, fol. 97 fragmentum (deff., propp. 1—4) Catoptricorum exstare (*ἐκ τῶν κατοπτρικῶν Εὐκλείδου*).

nam cum antea etiam reliquis codicibus, inter quos nonnulli satis antiqui sunt, aliquid auctoritatis tribuerem, nunc mihi persuasi, Uat. 204 solum recensionis fundamentum esse. hoc intellexi reperta emendatione loci, qui est p. 146, 16, ubi *κατά* e codd. deterioribus et Uat. 204 correcto recepi, quamquam non placuit (u. p. 147 not.); sed seruata scriptura codicis Uat. 204 lenissima mutatione egregia euadit sententia: *καὶ τὴν αὐγὴν εὐθεῖαν οὖσαν* (lineam coniungentem mediam lucernam et rimam tabellae et lucem siue punctum illuminatum alterius tabellae rectam esse). hinc adparet, quanta distantia Uat. 204 ceteris praestet;*) itaque cum eo scribendum

p. 146, 26 *ἐμάστευσαν*

p. 148, 9 *πολλά*] *πολλάκις*

p. 148, 17 *ἅμα*] omittendum

p. 160, 11 ante *ὅμμα* inserendum *τὰ δὲ παράλληλα τὰ ΞΛ, ΠΝ, BΔ*

p. 162, 10 *μεῖζον* — 11 *HΞ*] omittenda (etiam v)

p. 162, 13 *καὶ οὕτω*] omittenda (etiam v)

p. 162, 14 *τὰ μεγέθη*] omittenda

p. 164, 22 *ΔKZ*] *ΔKH*

p. 166, 20 *ὧν* — p. 168, 8 *φαίνεται*] *οὐκοῦν τῶν ἀπὸ τοῦ B ὄμματος πρὸς τὸ ΓK ἐπίπεδον προσπιπτουσῶν ἀκτίνων μετεωροτέρα ἐστὶ(ν) ἡ BΓ ἤπερ ἡ BZ· ὁμοίως δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἑξῆς. οὐκοῦν τὸ μὲν Γ τοῦ Z μετεωρότερον φανεῖται, τὸ δὲ Z τοῦ Δ, τὸ δὲ Δ τοῦ K.* ita enim cod. Paris. 2342 (nisi quod *ἀκτίνων μετεωροτάτη ἐστί* habet) addito *τοῦτο ζήτει ἄλλως ἀπὸ ἄλλου ἀντιγράφου ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει ἐν σημείῳ* ⋕, et ita habuisse V e uestigiis pro certo colligitur. tum in figura cum cod. Paris. 2342 permutandae Z et Δ; p. 166, 20 pro *BΔ*, *BZ*, *BK* (ita Paris. 2342) exspectaueris *BZ*, *BΔ*, *BK*, sed cfr. p. 168, 13, ubi e V recipiendum puto *BΓ*, *BΔ*.

p. 168, 14 *ὧν* — 21 *ὁρᾶται*] *οὐκοῦν ταπεινοτάτη τῶν ἀπὸ τοῦ B ὄμματος πρὸς τὸ ΔZ ἐπίπεδον προσπιπτουσῶν ἀκτίνων ἐστὶν ἡ BΔ, καὶ ἀπώτερον φαίνεται τὸ Δ· τὸ Δ ἄρα ταπεινότερον φαίνεται τοῦ Γ, τὸ δὲ Γ τοῦ Z.* ita etiam Paris. 2342.

---

*) Simul adparet, manum rec. nullius momenti esse, quippe quae aut scripturas codicum deteriorum intrudat aut de suo interpolet.

p. 170, 12 *τοὔμπροσθεν*] *τοὔμπροσθε*
p. 172, 3 *B*] omittendum
p. 180, 22 *BK, ΓKΔ*] *BKΔ*; cfr. Optica genuina p. 36, 23
p. 188, 28 *ἡμικυκλίου*] *ἡμικυλίνδρου*
p. 196, 25 *ὁ BΓ*] *ὁ περὶ τὴν BΓ.* in figura *Γ* ponendum, ubi *BΔ* circulum secare uidetur, quamquam ita obscuratur, eam ad planum circuli perpendicularem esse.
p. 226, 9 *ΔEZ*] *ὑπὸ ΔEZ* (pro *AEB* scribendum *ὑπὸ AEB*)
p. 238, 24 *ἀποχωροῦν*] *ἀποχωρείτω*; scribendum *ἀποχωρεῖ* uel fortasse *ἀποχωρεῖται* (cfr. p. 110, 26)
p. 240, 21 *καί* — 22 *φέρεσθαι*] omittenda
p. 166, 7; 180, 23 omittenda, quae uncis inclusi.

fortasse etiam p. 224, 3, 4, 5, 7, 10 cum V pro *Δ* reponendum *Λ*, ne *Δ* bis usurpetur; tum *Λ* delendum in figura priore p. 223 et p. 224, 3 cum V m. rec. scribendum *ΘNΛ*. magis dubii sunt loci p. 190, 12—14; 196, 3, quia ibi correctio non manu recenti facta est; sed crediderim, hic quoque manum primam sequendam esse.

a V proximus abest cod. 6 et sine dubio, ut in Eutocio (u. Apollon. II p. VI), ex ipso V descriptus est. nam non modo p. 146, 16; 148, 9; 160, 11; 166, 20; 168, 14; 188, 28; 196, 25; 238, 24; 240, 21 solus fere cum V consentit, sed etiam saepe eosdem errores habet, uelut p. 148, 15; 152, 1; 170, 8, 9; 182, 13; 192, 24; 202, 15; 212, 4 (u. p. 208, 11), et quae meliora habet (p. 148, 21; 150, 9, 10, 14, 19; 152, 8; 170, 12; 172, 3), prompta erant librario illi perito audacique (u. Apollon. II p. VII); p. 148, 17 sine necessitate *ἅμα* addidit, p. 208, 11 falso *ABΓΔ* scripsit. commemorandum etiam, cod. 6 solum scholia codicis V nr. 82, 84, 85 habere et rationem numerorum in 82, de qua u. p. 278, e V optime explicari. sed iam supra p. XIX uidimus, librarium codicis 6 etiam alium codicem habuisse; cfr. quod p. 182, 13—15 scripturam manus recentis codicis V in mg. habet addito *ἐν ἄλλῳ*. etiam exemplaria recensionis genuinae ei praesto fuisse, adparet e scholio 21 p. 259, 8. cod. 6 manu recentiore correctus est ad similitudinem codicis V correcti (p. 144, 1 *ὁ Εὐκλείδης*, 4 *γινομένας*, p. 146, 12 *πυκτίον*, 20 *ἀξιοῖ*, p. 148, 3 *οὖν ὡς*, p. 150, 23 *πρὸς ἀντίληψιν τῶν ὁρατῶν*, p. 162, 3 *ἡ KM*, p. 172, 9 *τῶν ἄρα ἴσων μεγεθῶν*, omnia m. 2; p. 190, 12 *διά* — 14 *ὁραθήσεται* mg. m. 2).

ex V descripti sunt etiam codd. 5 et 10; nam interpolationes in eo manu rec. adscriptas (etiam quae in cod. 6 non exstant)

in textu habent, uelut p. 144, 1, 14; 146, 20; 148, 8; 150, 23; 288, 1, 20, 22; nec cod. 10 e cod. 5 antiquiore descriptus est; u. p. 144, 4 *ἀπορριπτουμένας*] cod. 5, *γινομένας* cod. 10 et V mg. m. rec. (*γρ.*); p. 146, 12 *πτυχίον*] cod. 10, *πυκτίον* cod. 5 et V m. rec.; p. 150, 14 *ἐπιτήδειον*] cod. 5, *ἐπιτήδιον* cod. 10 et V; p. 152, 1 *τό*] cod. 5, *τοῦτο* cod. 10 et V. cod. 5 autem correctus est; cfr. p. 148, 23 *σώματος*] V, cod. 10, *σώματος τῆς βελόνης* cod. 5; p. 150, 13 *μὲν γάρ*] V, cod. 10, *γὰρ ἡ* cod. 5.

codd. pv e V originem ducere, ostendunt errores communes*), quales sunt p. 196, 5; 222, 26; 224, 25; 230, 17 et p. 214, 11, ubi *Δ* in V ita formatum est (*Δ*), ut litterae *Λ* simillimum fiat; cfr. praeterea commune compendium ⏝ p. 194, 19. e p. 212, 3, ubi error codicis V et emendatio iuxta se in textu posita sunt, adparet, inter V et vp unum saltim archetypum communem intercedere, et hoc ea re confirmatur, quod p et cum v contra V consentit (p. 152, 5; 156, 21; 166, 16, 17; 168, 10; 172, 7; 186, 5; 194, 9; 198, 2, 10; 218, 11**); 240, 21 praeter locos supra adlatos; cfr. quod p. 182, 14 scriptura interpolata codicis v in p supra scripta est) et cum V contra v (p. 186, 11; 192, 8; 198, 3; 200, 25; 218, 18; 220, 8; 222, 15; 224, 6; 230, 10; 234, 22; 238, 11, 14; 244, 8, 16; cfr. quod p. 174, 15 error codicis p ex ea scribendi ratione codicis V ortus est, quam seruauit v). nec in p quidquam reperimus melioris memoriae; nam *τε* p. 144, 10 leue est nec prorsus certum, p. 178, 10***) uera scriptura corrigendo restituta est, p. 158, 7—8 errore in p omittuntur, ut e p. 6, 5 adparet, reliquas emendationes bonas ut p. 148, 15; 232, 13 cum v communes habet. p magnopere interpolatus est (p. 166, 20; 190, 12; 212, 24; 216, 21; 224, 10; 242, 18; corrigendo demum p. 168, 14, 21; 210, 9, 20), interdum e recensione genuina (p. 162, 10, 13; 216, 4); cum V correcto consentit p. 182, 9; 200, 19. etiam v et in minutiis quibusdam (p. 208, 20; 216, 8, 10) et in erroribus (p. 152, 8; 164, 14; 180, 9; 198, 11; 210, 13; cfr. p. 156, 19; 206, 18; 220, 11; 228, 24; 236, 14), quam arte cum V cohaereat, ostendit (cfr. in Catoptricis p. 292, 5; 302, 22; 310, 6; 314, 6). et quae emendatiora habet, pleraque tam futilia sunt, ut

---

*) P. 182, 2 pro *τάς* scribendum *αἱ*, p. 230, 15 *τῇ KN ἡ BΓ* pro *ἡ KN τῇ BΓ* cum Sauilio contra codices.

**) Cfr. p. 86, 3.

***) Ibi in adparatu scribendum: *δή* V v.

librario tribui possint (p. 148, 3; 150, 9, 14, 19; 152, 4, 27; 162, 2; 164, 6, 11, 15, 21, 22; 166, 10; 170, 8, 9; 178, 14; 182, 13, 17, 22; 184, 20; 190, 5; 192, 24; 200, 3, 5; 202, 15; 206, 9; 208, 7, 10; 210, 3, 18, 23; 212, 25; 214, 15; 218, 6; 220, 12; 224, 3 *ΘN*; 226, 21; 228, 11; 230, 15; 236, 8; 238, 23; 240, 2, 6; 242, 12, 18; 244, 3, 23; 246, 4; in Catoptricis p. 286, 6; 294, 11; 308, 4; 314, 17, 22; locos, ubi V m. 1 uel 2 correctus est, ut par erat, omisi); paullo maiora, nec tamen ita, ut captum librarii excedant, p. 148, 15, 21; 152, 1; 198, 23; 200, 3, 5; 232, 13; 298, 5. nec aliter exspectandum erat, quoniam etiam in Eutocio eadem est ratio codicum Vv (v ibi est w), u. Apollon. II p. V. interpolationes p. 162, 14; 166, 7, 16; 168, 10; 180, 23 codicum vp communes e recensione antiqua petitae sunt.

e V praeterea pendere uidetur cod. 26; nam p. 194, 19 compendium ⏟ habet, p. 174, 15 *ΘN*, p. 148, 3 *ἐξειμμένον*, p. 172, 7 recte *ὥστε καί*. archetypum communem communes produnt cum vp interpolationes et coniecturae falsae p. 146, 16; 148, 9, 17; 188, 28, item p. 166, 20 sq. et p. 168, 14 sq., quae e recensione antiqua petita sunt, sicut etiam p. 162, 14. cum v conspirat p. 182, 14 *ὁρώμενον*, p. 184, 9 *τὸν ZΛ*, p. 186, 11 *σημεῖον*, contra v cum Vp p. 152, 20 *περιφέρεια*. originem interpolationis in v ostendit p. 192, 8, ubi *ὡς ἡμικύκλου* supra scripta sunt, sed p. 146, 12 *πυκτίον*, p. 164, 2 *καὶ παράλληλα*, p. 168, 14 *ὧν* — 16 *θεώρημα* interpolationes in textu habet, quas ceteri aut omittunt aut in mg. relinquunt; p. 190, 12—14 in mg. habet ut V, sed manu 1 (*ἢ τὸ ἥμισυ* lin. 14 omisit lacuna relicta); p. 176, 16 interpolationem e p. 28, 24 petitam, quam V recenti demum manu habet, in mg. habet a manu 1 (*γρ.*), quocum conferri potest scholium 54 e p. 58, 15—18 petitum.

e cod. 26 pendent sine dubio communi intercedente archetypo codd. 27, 28, 32, e cod. 32 descriptus est cod. 30, ut his locis comparatis constat: p. 144, 5 *θυρίδων*] 27, 28; *θηρίων* 32, *θηρίων* 30 supra scr. *δ* m. 2; p. 144, 11 *ἀπορρίπτειν*] 28, 30, 32; *ἀπορρίπτει* 27; p. 146, 5 *αἱ*] 27, 28; om. 30, 32; p. 146, 23 *ὅλα*] om. 26, 27, 28, 30, 32; p. 146, 25 *προσεκάθησαν* 28; p. 148, 7 *ἑωρᾶτο*] *ἑ|ωρᾶτο* 26, *ὁρᾶται* 27, 28, 30, 32; p. 148, 14 *οὐδέ*] *μηδέ* 26, 27, 28, 30, 32; p. 148, 17 *ἅμα ὅλα*] *ὅλα ἅμα* 26, 27, 28, 30, 32; p. 150, 7 *τά*] om. 28; p. 150, 8 *ἀποκλησοῦσθαι* 28; p. 150, 10 *κατεσκευακέναι*] *κατεσκευασμ*^{αι} 26, *κατεσκευασμένα* 27, 28, 30, 32; p. 150, 11 *ὄφρησιν* 28; p. 150, 13 *φωνή*] *φηνῆ* 27;

p. 150, 20 *ἀνδροειδεῖς* 28; *ἐμμένειν*] 27, 30, 32; *ἰμμένειν* 26, 28; p. 156, 2 *ὅλον*] om. 26, 32; p. 160, 9 *ἤτοι οὐ παράλληλα* supra scr. 26, *ἤτοι καὶ παράλληλα* mg. 27, 30, 32; p. 166, 16 *τοῦ ὄμματος ἐπιπέδων κειμένων*] 26, 27, 28, 32; *κειμένων ἐπιπέδων τοῦ ὄμματος* 30; p. 166, 20 *ἡ*] *ὁ* 26, 27; p. 166, 23 *γάρ*] paullo obscurius 26; *δέ* 27, 32; p. 176, 16 interpolationem codicis V in mg. hab. 26, 30, 32; p. 236, 12 *τά*] *τό* 26, 27, 32.

de fragmento Catoptricorum in cod. 30 hoc tantum notaui, p. 286, 1 legi *ὑποκείσθω ὄψιν* e codice interpolato aliquo.

e codice v descriptus est (in Opticis) cod. 12, ut ex his locis adparet: p. 150, 10 *ἀκοὴν μὲν γάρ*] *ἀκοὴν* | *γάρ* v, *ἀκοὴν γάρ* 12; p. 152, 20 *περιφέρεια*] *εὐθεῖα γραμμή* v, 12; p. 154, 10 *προσπίπτωσιν αἱ ὄψεις* v, *προσπίπτωσιν αἱ ὄψεις* 12; p. 226, 18 *ἐπί*] *ἐ*| v, *ἐκ* 12. et Romae scriptus est apud Georgium Selva episcopum tum Francisci I apud Papam legatum.

codd. 1, 14 a v originem ducere arguuntur loco memorabili p. 314, 1. nam cur ibi pro altero *A* sine ullo sensu *AE* habeant, causa est, quod in v littera *E* figurae prioris p. 311 casu ita collocata est, ut litteram *A* p. 314, 1 statim sequatur, quasi coniungendae sint. cfr. praeterea de Opticis p. 152, 5 *αὐτῷ*] bis v et cod. 1; p. 154, 11 *προσπίπτωσιν*] *προσπίσιν* v, cod. 1; p. 158, 1 *ΓΔ* — 2 *τό*] mg. m. 2 v, mg. m. rec. cod. 1; p. 194, 19 *παραλλήλου*] ⩶ v, cod. 1, 14; p. 216, 8 *κέντρῳ*] κ—ω v, ιέω 1 (corr. m. 2), ε̆ post ras. 14; p. 242, 18 *φαίνεται ἔγγιον*] om. v, codd. 1, 14. nec alter ex altero descriptus esse potest; u. p. 162, 16 *ἴσα*] v, cod. 1, om. 14; p. 174, 27 *ἔστω* — *ἐστί*] v, cod. 14, mg. m. rec. cod. 1; p. 190, 12 *διά* — 14 *δραθήσεται*] cod. 14, om. v, cod. 1; p. 216, 5 *περιφερείας*] v, cod. 14, *περιφερείας κέντρον ἔχοντος τὸ ὄμμα* cod. 1. quoniam autem p. 288, 8 *τρίγωνα* (sic v) in codd. 1, 14 deest, communem archetypum inter v et codd. 1, 14 statuere oportet. sed uterque interpolatus est et correctus, u. p. 152, 20 *περιφέρεια*] cod. 1, *εὐθεῖα γραμμή* v, *γραμμή* 14; p. 244, 8 *ἐπὶ δὲ ταύτης*] cod. 1, *ἐπεὶ δὴ αὐ* v, *ἐπὶ δὲ αὐτῆς* 14; p. 216, 21 interpolationem codicis p habet etiam cod. 14; errores codicis v saepe in cod. 1 non inuenimus, uelut p.164, 8; 170, 7, 13, 18; 172, 17; 174, 4, 7, 11.

AE illud p. 314, 1 habent etiam codd. 3, 4, 7, 8 (*E* del.), 9, 15, 16, 17, 18, qui ea re ex v pendere arguuntur; quo gradu, iam uideamus.

codd. 3, 7 e cod. 1 descriptos esse, ostendunt hi maxime

loci: p. 150, 15 *ἀποπαλθεῖσαν*] *ἀ|παλθεῖσαν* cod. 1, *ἀπαλθεῖσαν* 3; p. 152, 17 *αὐτὸ μὲν*] *αὐτό|* cod. 1, *αὐτό* 3, 7; p. 168, 1 *τοῦ*] *τῷ* cod. 1, 7; p. 168, 2 *H*] *ἧτα* 1, 7; p. 168, 4 *ΔΓ*] *Δ* 1, 7; p. 168, 18 *ἡ δέ* — 21 *ὁρᾶται*] postea ins. cod. 1, om. 7; p. 168, 21 post *ὁρᾶται* add. *καὶ ἀπώτερον φαίνεται τὸ Δ· τὸ Δ ἄρα ταπεινότερον φαίνεται τοῦ Γ, τὸ δὲ Γ τοῦ* Z cod. 1, 7 (cfr. V); p. 288, 3 *τρίγωνα*] om. 1, 3, 7; p. 294, 11 *ϑῆς*] $\overset{\varsigma}{\Theta}$ cod. 1, *ϑῆ* 3; p. 294, 12 *κέντρου*] κ- cod. 1, *κύκλου* cod. 3, sed corr. neque enim cod. 7 e cod. 3 antiquiore descriptus esse potest; u. p. 146, 15 *τό*] cod. 1, 7, *τοῦ* 3; p. 148, 10 *ἀναγκαζομένους*] cod. 1, 7, *ἀναγκαζομένου* 3; p. 148, 14 *ἐστι*] cod. 1, 7, om. 3. cod. 3 ad similitudinem codicis V m. rec. correctus est; u. p. 148, 20 ad *τό* mg. *γρ. μή*; p. 150, 23 ad *ἑαυτῆς* mg. *γρ. πρὸς ἀντίληψιν τῶν ὁρατῶν*; p. 144, 1 ad *ὄψιν* supra scr. m. 1 *ὁ Εὐκλείδης*; p. 152, 25 ad *καί* mg. m. 1 *περί*; p. 158, 22 post *ΔZ* postea add. *τῶν ἴσων ἄρα καὶ τὰ ἑξῆς*.

fortasse etiam cod. 21 e cod. 1 descriptus est; nam p. 288, 3 *τρίγωνα* omisit et p. 288, 17 pro *MN* solus habet *MH*, in cod. 1 autem hoc loco *N* ita scriptum est, ut litterae *H* simillimum sit.

p. 190, 14 uerba *ὅλου τοῦ* in cod. 14 paene absumpserunt uermes. iam quoniam *ὅλου* omittit cod. 8 et lacuna relicta cod. 9, *ὅλου τοῦ* lacuna relicta (in qua *αὐτοῦ* m. 2) cod. 13, e cod. 14 descripti sunt; cfr. p. 236, 8 *προσιόντων μέν*] *πλησίων* corr. in *πλησίον* 14, *πλησίων* 13 (*προσιόντων μέν* m. 2), *πλησίον* 8, 9. eodem pertinere cod. 20 e scripturis uariantibus infra adlatis concludi potest; u. p. 144, 14 *τοῖς*] *τοῖς φωτοῖς*, del. *τοῖς φω*, 14, *τοῖς* post lacunam 13, *τοῖς* 9, *τοῖς φωτοῖς* 8, 20; p. 146, 15 *εὑρήσομεν*] 8, *εὑρήσωμεν* 14, 9, 13, *εὑρήσ$\overset{\omega}{o}$μεν* 20; p. 146, 18 *ὄντος*] *ὄντως* 14, 9, 13, 20, *ὄντ$\overset{o}{\omega}$ς* 8; p. 148, 20 *τό*] om. 14, 8, 9, 13, 20; p. 150, 4 *καί*] 14, 13, 20, om. 9, m. 2 cod. 8; p. 150, 11 *κατεσκεύακεν*] 8, 13, 20, corr. ex *κατεσκεύασεν* 14, 9; p. 150, 18 *ὄσφρησιν*] 8, *ὄσφρισιν* 14, 9, 13, 20; p. 152, 1 *κατά*] 9, 20, *κατασκευασμέναι* 14, *κατασκευασμέναι* 13 et 8 (corr. m. 2); p. 152, 7 *ὑψηλοτέρα*] 9, corr. ex *ὑψηλωτέρα* 14, 20, *ὑψηλωτέρα* 8, 13; p. 152, 8 *κεῖσθαι*] 14, 8, 9, 20, *κείσεται* 13; p. 152, 10 *γεγραμμένης*] 8, 9, -*μέ*- a uermibus absumptum 14, lac. 13 (corr. m. 2), *γὰρ εμμενης* 20; p. 152, 23 *ἡ περί*] *ἦν περί* 14, 8 (corr. m. 2), 9, 13, 20; p. 172, 6 *BΔ*] 14, 8, 13, *Δ* 9; p. 190, 14 *ᾗ*] *ἐστι καί* 14, 8, 9, 13 (corr. m. 2).

e cod. 13 descriptus est cod. 2; nam cum in uniuersum cum eius archetypo consentiat, uelut p. 152, 20 *γραμμή*, ab eo discedit, ubi cod. 13 correctus est; u. p. 216, 4 *κέντρον ἔχοντος τὸ ὄμμα* 2, om. 14, mg. 13; p. 242, 18 interpolationem codicis p in mg. habet cod. 14 m. rec., m. 2 cod. 13, in textu 2 cum iisdem erroribus (*ξαντῆς οἰόμενα τῷ ὄμματι*); cfr. praeterea p. 190, 15 *προσήχθω*] *προήχθω* 13, 2; p. 288, 3 *ἤχθωσαν*] *ἤχθοσαν* 13, 2; p. 314, 1 *A*] e corr. 13, *A* 2.

e cod. 20 descriptus est, ut uidetur, cod. 29 mendis leuioribus correctis; u. p. 144, 2 *διότι*] 14, *ὅτι* 20, 29; p. 144, 14 *τοῖς*] *τοῖς φωτοῖς* 20, 29; p. 144, 19 *τῶν σωμάτων αἱ*] 14, *αἱ τῶν σωμάτων* 20, 29; p. 150, 10 *εὔθετα*] 14, *εὐθεῖα* 20, *εὐθεῖαν* 29; p. 150, 18 *ὄσφρησιν*] 29, *ὄσφρισιν* 14, 20; p. 152, 10 *γεγραμμένης*] 14, *γὰρ εμμενης* 20, *γὰρ ἐμμενούσης* 29; p. 152, 23 *ἡ περί*] 29, *ἣν περί* 14, 20; etiam p. 152, 21 *κειμένην*] *κειμέν′*) 14, *μέν′*) 20, non dubito, quin *μένειν* habeat cod. 29; nam post *διά* de suo inseruit *τό*.

e cod. 9 descriptus est cod. 19; nam p. 148, 16 in *θεαμάτων* littera ε in cod. 9 ita formata est, ut litterae *ρ* similis fiat; unde *θραμάτων* cod. 19; cfr. praeterea p. 144, 17 *αὔξειν*] *ξειν* post lac. 9, post ras. 19; p. 148, 24 *εἰδώλων*] 9, *εἴδωλον* 19; p. 150, 2 *βελόνην*] 9, *βελώνην* 19; p. 150, 4 *καί*] om. 9, 19; p. 152, 15 *τοῦ τε*] *τοῦτο* 9, 19; p. 286, 21 *κοίλων*] *κύλων* 9, 19; p. 288, 21 *παρατεθέντος*] *παρατιθέντος* 9, 19. cod. 19 fol. 195 haec habet: tituli horum Euclidis librorum sunt apud episcopum Cornarium nec non in bibliotheca sancti Iohannis et Pauli Uenetiis, fol. 381 tituli librorum sequentium sunt in libro antiquo . . . in nostra bibliotheca, que est apud fratrem meum D. Laurentium. inde sine dubio descriptus est cod. 15, sicut omnes fere codd. Philippsiani Uenetiis oriundi sunt. habet enim p. 144, 17 *αὔ-* in lacuna m. rec., p. 148, 16 *θραμάτων*.*) quae in margine m. rec. adscripta sunt, ex editione Penae petita sunt, uelut post prop. 24: „*θεώρημα κε′. σφαῖρα ἐκ διαστήματος ὁρωμένη κύκλος φαίνεται. ἔστω γὰρ ἐν σφαίρᾳ* reliqua ex impresso codice adde. habes ad finem pagine 16“. est p. 619, 8 ed. Gregorii = p. 16 extr. ed. Penae. ex adnotationis forma adparet, codicem typothetae paratum esse; cfr. ad prop. 2: „* *ὅτι δὲ διερχόμενον*, mg. nota *σχόλιον*, quod ad hoc theorema 2^{m} in impresso habetur codice minime praetermitten-

*) Cfr. p. 240, 15 *ἴσῳ*] *ἴσων* codd. 9, 15.

dum. ergo asterisci loco commentarium priorem sequatur"; est p. 603, 3 ed. Gregorii = p. 6 extr. ed. Penae. ad prop. 7: „addidit dominus Dasypodius aliam huius demonstrationem, quae ut superiora scholia addatur". ab eo fortasse pendet cod. 25; nam in fine habet, sicut cod. 15: *τὰ πρὸ τῶν Εὐκλείδου ὀπτικῶν* (*τὰ πρὸ τῶν Εὐκλείδου ὀπτικῶν τέλος* cod. 9); adscripsit Io. Pastricius: hic erratur, nam prolegomenorum finis est, ubi suppositiones incipiunt.

cod. 4 e cod. 8 descriptus esse arguitur scriptura *παρεθήκοι* p. 288, 14, quae inde orta est, quod in cod. 8 legitur *παρέθηκο*$^{\alpha}$. et eadem scholia habet. totum codicem 8, quem Petro nepoti scribendum dederat, deinde correxit Angelus Uergetius, in qua re satis libere egit, uelut p. 160, 24, ubi desunt *εἰ δὲ μετεωρότερον*, pro *κέοιτο* scripsit *λέγοιτο* et in mg. addidit: *λείπει· εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ*; p. 146, 9 et 10 *ἐπιτομήν* in *ἐντομήν*, p. 194, 19 compendium $\underline{\smile}$ (*παραλλήλου*) in *τοῦ*, p. 238, 13—14 *κατὰ τὴν Γ* (*K* om. cod. 8) *ἀεί* in *τῷ K ὄμματι ἰσοταχῶς* mutauit. interdum cod. 29 usurpasse uidetur, uelut cum p. 144, 2 *διότι* in *ὅτι*, p. 150, 10 *εὔθετα* in *εὐθεῖαν*, p. 152, 21 *κειμένην* in *μένειν* mutat.*) haec omnia quoniam cod. 11 partim in textu partim (p. 150, 10; 152, 21) in mg. praebet, adparet, eum nihil esse nisi exemplar purius et emendatius codicis 8 ab ipso Uergetio confectum; cfr. quod cod. 11 litteram initialem habet, ubicunque Uergetius in cod. 8 paragraphum [adposuit. u. praeterea p. 162, 12 *διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ AN* cod. 8, *δή* del., mg. *γρ. ὅλη*, *ΛN* corr. in *ΛZ*; *διὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὅλη ἡ ΛZ* cod. 11; p. 286, 1 *ὑποκείσθω ὄψιν εἶναι εὐθεῖαν* 8, supra scr. *β—α*; *ὄψιν εἶναι εὐθεῖαν ὑποκείσθω* 11; p. 154, 3 Uergetius interposuit *ὑποθέσεις*, quod recepit cod. 11; p. 314, 1 *A* habet, quia in cod. 8 *E* a Uergetio deletum est.

etiam cod. 23 e cod. 8 descriptus esse uidetur; nam p. 144, 17 uterque *ἕξειν* habet pro *ἄνξειν* postea correctum.

cod. 22 e familia codicis 26 uidetur esse; nam p. 146, 23 *ὅλα* omittit; sed p. 144, 1 habet: *ὄψιν ὁ Εὐκλείδης*, p. 146, 23 *τοιαύτην* om., p. 148, 20 *τὸ μὴ τῇ*, p. 154, 3 *Εὐκλείδου ὀπτικοὶ ὅροι*, p. 242, 18 *φαίνεται. μεῖζον ἄρα φαίνεται τὸ ΓΔ τοῦ ΓΒ.***)

---

*) Cfr. p. 232, 13 *θεώρημα ν̄ ἀντίστροφον τοῦ πρὸ αὐτοῦ* mg.29, addidit Uergetius; p. 240, 11 *μειζόνων γωνιῶν*] cod. 8, *μείζονος γωνίας* 29, mg. Uergetius.

**) Haec etiam in p, quod errore in adparatu omisi.

τὰ δὲ μείζονα φαινόμενα τοῦ ὄμματος προσιόντος αὐξάνεσθαι δοκοῦσι. καὶ τὰ αὐξανόμενα ἄρα τῶν μεγεθῶν δόξει προσάγεσθαι τῷ ὄμματι. ἔγγιον κτλ.

cod. 16 e cod. 8 pendere, ostendunt scripturae *ὅτι* p. 144, 2, *τε* p. 144, 10; p. 160, 24 *εἰ δὲ μετεωρότερον* om.; sed obstat, quod p. 144, 14 *τοῖς* habet, non *τοῖς φωτοῖς*. cfr. praeterea p. 148, 21 *κινεῖσθαι*, p. 152, 20 *γραμμή*, ut cod. 14 alii; p. 242, 18 habet: *καὶ τὰ μείζονα ἑαυτῶν ὁρώμενα τῷ ὄμματι προσάγεσθαι δοκοῦσι· καὶ τὰ αὐξανόμενα ἄρα τῶν μεγεθῶν δόξει προσάγεσθαι τῷ ὄμματι.*

cod. 17 e cod. 26 pendet; nam p. 160, 9 *ἤτοι οὐ παράλληλα* supra scr., p. 176, 16 *ἄχρις — τῷ B* mg. habet ut cod. 26, et praeterea eadem scholia praebet (nr. 38 et 41 in textu) et in nr. 21 easdem scripturas (p. 259, 8—11, p. 260, 14—18). iam cum p. 254, 17 *εἴποι* habeat, non *εἴπῃ*, ueri simile est, eum e cod. 28 descriptum esse (e codd. 27, 30, 32 pendere non potest propter *οὐ* p. 160, 9); p. 152, 20 *ἡ εὐθεῖα γραμμή* habet ut v, sed in mg. *ἐν ἄλλῳ ἡ περιφέρεια.*

cod. 18 sine dubio e cod. 14 pendet; nam p. 144, 14 habet *τοῖς φωτοῖς* (*τοῖς φω-* del.) et eadem scholia continet; p. 242, 18 habet: *καὶ τὰ μείζονα ἑαυτοῖς οἰόμενα τῷ ὄμματι ἐπαυξάνεσθαι δοκοῦσι· καὶ τὰ αὐξανόμενα ἄρα τῶν μεγεθῶν δόξει προσάγεσθαι τῷ ὄμματι· ἔγγιον κτλ.*, ut cod. 14 (*ἑαυτῆς*). de cod. 24 nihil notaui, nisi quod p. 286, 1 habet *ὑποκείσθω ὄψιν*. Editionem*) Opticorum „cum notis mss.“ in bibliotheca Uniuersitatis Paris. adseruatam (Omont, Inventaire III p. 355 nr. 56) non uidi.

Restat, ut de scholiis pauca addamus.

praeter codices in adparatu usurpatos, quorum deteriores, qui obiter tantum inspecti sunt, fortasse praeter notata unum et alterum scholium etiam ceterorum habent, minora praesertim, in his codicibus scholia insunt:

cod. 14 nr. 13, 15, 7, 18, 19, 36, 33 + 34, 38 (a p. 266, 10), 41, 50, 54, 55, 56, 60, 57, 58, 63, 67, 71, 75, 73, 76, 80, 81, 86, 91, 92.

cod. 18 eadem habet eodem ordine praeter 7, 36, 50, 73, 80, 81.

cod. 20 nr. 10, 13, 7, 15, 18, 19, 33 + 34, 38 a p. 266, 10, 41, 54 + 55, 56, 57, 73; cfr. cod. 14.

---

*) Sine dubio Penae; ea enim 48 paginas habet (cum Catoptricis).

cod. 4 nr. 7, 10, 13, 15, 18, 19, 33, 34, 38, 41, 54, 55, 56, 60, 57, 58, 63, 67, 71, 75, 76, 86, 91, 92; cfr. cod. 14 et 8 (= r).

cod. 17 fol. 107—109^{r} (Opt. 7—24) nr. 19, 21 (ut R) ad p. 260, 10, tum nr. 23, tum partem reliquam nr. 21, 26, 34, 37 et in textu nr. 38 totum, 41; fol. 248—251^{r} nr. 1, 2, 6, 3, 10, 13, 9, 7, 11, 8; fol. 252—253, ubi repetitur prooemium cum iisdem scholiis et in textu nr. 5, 4 et propp. 1—6, nr. 10, 13, 7, 16, 18. nr. 38 cum R consentit.

scholia codicis 1 (Vat., Vat. m. 2, non Vat.[1]) sola sine textu habet cod. Paris. suppl. Gr. 12 chartac. s. XVI fol. 36—40^{r} (Omont III p. 202—203) ex ipso cod. 1 descripta; u. p. 267, 15 *τάς* (alt.)] comp. 1, *τῆς* suppl. 12 postea correctum; p. 276, 10 *Στερεοῖς*] lac. 1, suppl. 12; p. 282, 12 *ὥστε*] *στε* post lac., 13 *τῷ ΔΘ*] *τ ωδϑ*, p. 283, 1 *ἵππων*] *εἵπω* suppl. 12, omnia ut Vat.; cfr. Om Scholierne til Euklids Elementer p. 34. eandem collectionem scholiorum habent Ambr. J 84 inf. chartac. s. XVI (ex officina Uergetii; u. Om Scholierne til Eukl. Elem. p. 34) et Magliab. XI, 11 chartac. s. XVI (u. Vitelli p. 550), cuius pars media eadem omnia continet, quae suppl. 12.

Horum scholiorum pars antiqua, quam V a manu 1 praebet (10, 15, 20, 23, 27, 29, 30, 34, 36, 39, 40, 45, 46, 48, 52, 53, 55, 56, 57, 58, 60, 63, 65, 66, 67, 68, 69, 71, 72, 76, 80, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92), sine dubio orta est e studiis Byzantinorum, ut cetera scholia operum in Paruo astronomo comprehensorum; saltim saeculo X antiquiora sunt, ut ex erroribus codicis V adparet (p. 255, 22; 284, 1 ex compendiis ortis, p. 270, 15; 272, 5; 280, 15; 281, 17 in litteris; cfr. p. 271, 14; 280, 11; 281, 17; 282, 3, 4); p. 275, 22 ex Herone citantur, quae nunc non legimus. sed cum errores haud ita multi sint, crediderim, ea non nimis multo ante V scriptum confecta esse, fortasse saec. IX, quo studia mathematica reuixisse docui Bibliothec. Mathemat. 1887 p. 34 sq. accesserunt saec. XIII codicum 14 et 26 communia nr. 7, 13, 18, 19, 38, 41, 50, 54, 75, 81, quae habet etiam cod. 1 exceptis nr. 7 et 75, sed praeter 50 (falsum), 54 (= Opt. ant. p. 58, 15), 81 (= Opt. ant. p. 82, 12)*) a manu 2, et 33, 73 (cod. 14), saec. XIV nr. 42,

*) Etiam nr. 75 ex Opticis genuinis p. 84, 22 petitum est. conferri potest, quod in cod. 13 manus 2 adscripsit p. 114, 20 — 115, 9 et p. 116, 22—118, 5. schol. nr. 7 est Opt. ant. schol. 4, nr. 33 cum Opt. ant. schol. 31 congruit.

44, 47 (citationes), 74 (= Opt. ant. p. 84, 5), quae praebent codd. 1 et 26 (excepto nr. 42), nr. 21, 26, 37, 61, 62, 64 (cod. 26), nr. 8, 17, 22, 24, 28 (= Opt. ant. 10), 49, 79 in cod. 6, qui etiam pleraque reliquorum habet, fortasse etiam nr. 31, 32, 51, 59, 70, 77, 78 (V^1). reliqua recentissima sunt (v^1 V^2 saec. XV—XVI).

III.

De fatis Opticorum.

Optica, qualia hic e codice Uindobonensi maxime primo loco repetiuimus, Euclidis esse, non est, cur dubitemus (cfr. Weissenborn Philolog. XLV p. 54 sq.). sed cum recentiores tantum exstent codices, mirum non est, locos nonnullos tam corruptos esse, ut uerba Euclidis restitui nequeant; u. p. 2, 1—2; 18, 14—15; 34, 17; 58, 10—12; 84, 18—20; 116, 17 sq.; etiam p. 88, 5 post *πασῶν* deest: *τῶν γωνιῶν τῶν περιεχομένων ὑπό*, ut legitur p. 66, 23; 68, 18; sed hic error Theone antiquior est, quoniam is non modo p. 220, 15 idem habet, sed etiam errorem propagauit p. 204, 15; 206, 2. etiam p. 120, 6 aliquid turbatum est et fortasse nimis audacter *τῆς δὲ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων* e Theone p. 246, 1 recepi. cfr. praeterea in locis subditiuis p. 98, 23; 114, 6. nec desunt interpolationes; neque enim dubitari potest, quin demonstrationes alterae ab Euclide profectae non sint (u. V p. LXXIX); pleraeque e Theone interpolatae esse possunt (p. 36, 4 = Theon prop. 22, p. 48, 9 = Theon prop. 28, p. 92, 20 = Theon prop. 43, p. 98, 6 = Theon prop. 45), quamquam hoc quoque fieri potest, ut Theon iam utramque demonstrationem habuerit alteramque elegerit; non habet *ἄλλως* p. 34, 20; 112, 23; 114, 10. subditiuum praeterea scholium p. 50, 1–8. et uerí simile est, etiam p. 64, 4—21 e Theone p. 202, 1—16 interpolata esse; nam idem aliter demonstratur p. 76, 12 sq. (omisit Theon), nec in prop. 34 locum habet, ubi de omnibus diametris aequalibus agitur (p. 60, 15); adcedit, quod uerba *μήτε ἴσας γωνίας περιέχουσα* p. 64, 25—26 (= Theon p. 202, 20—21) propter p. 64, 4—21 necessaria minus recte adduntur, quia semper cum binis diametris aequales anguli efficiuntur, nec apud Pappum VI, 80 leguntur. itaque puto, non modo p. 64, 4—21, sed etiam *μήτε ἴσας γωνίας περιέχουσα* p. 64, 25—26 e Theone interpolata esse, et deinde difficultate intellecta *πρὸς ἃς ποιεῖ ἀνίσους γωνίας* p. 64, 27 (non habent

Pappus et Theon); ita demum ordine ac ratione progreditur demonstratio.

in codice Uindobonensi Optica genuina cum Elementorum libris I—XV et Phaenomenorum recensione antiqua coniuncta sunt, sed quo tempore hoc corpus compositum sit, incertissimum est; nam in cod. Laur. XXVIII, 3 haec pars tota saeculo XV suppleta est, et in Bodleiano B ne Optica quidem tota conseruata sunt. fieri potest, ut in Uindobonensi demum haec opera sint coniuncta.

a Pappo Optica inter opera ad *τὸν ἀστρονομούμενον τόπον**) (p. 474, 3) pertinentia in libro VI tractantur titulo non addito. VI, 80—97 propositiones 34—35 cum lemmatis**) additamentisque (VI, 87, 88, 92, 98—103) suis retractat (VI, 90—91 = prop. 34, 93—97 = prop. 35) et in uniuersum eandem demonstrationem habuit ac nostri codices.

recensio recentior, cui praemissa est praelectio, quo iure ad Theonem referatur, u. Studien über Euklid p. 139. primus hoc suspicatus est Angelus Uergetius, qui in cod. Paris. 2468 adscripsit: *τὸ προοίμιον ἐκ τῆς τοῦ Θέωνός ἐστιν ἐξηγήσεως*, et est coniectura satis probabilis, quamquam Theon in *σύνταξ.* Ptolemaei p. 7 ed. Basil. prop. 4 ita citat, ut ad recensionem antiquam propius adcedat (*καί* p. 6, 11 habet, om. recensio Theonis p. 158, 13; p. 6, 12 *διαστήματος*, sed *ἀποστήματος* recensio Theonis p. 158, 14); ex ceteris, quas citat propositiones, nihil concludi potest (prop. 3 in *σύντ.* p. 7, prop. 5 ib. p. 8, prop. 23 ib. p. 265, prop. 26 ib. p. 199). de recensendi ratione Theonis u. Studien p. 146. intactas reliquit uel leuiter mutauit propp. 1, 2, 3, 9, 33, 34 (= 34 + 35 Theon), 41 (= 39), 45 (= 46), 47, 52 (= 51), 53 (= 52), 54 (= 53) et definitiones praeter primam; magis mutatae nec in litteris figurae solum propp. 20, 37 (= 41), 38 (= 42), 43 (= 44), 50 (= 49), 51 (= 50), 56 (= 55), 57 (= 56), 58 (= 57); prorsus mutatae propp. 29, 30, 31 eodem mutationis genere et 55 (= 54). in mutando semper fere breuitati studuit (propp. 4, 5, 6, 7, 10, 11, 32, 44 p. 98 = 45); demonstrationes ita decurtatas saepissime a par-

---

*) Titulum *ὁ μικρὸς ἀστρονομούμενος* scholiasta demum Pappi habet.

**) VI, 80 usurpatur p. 68, 16, VI, 81 p. 68, 6, VI, 85 p. 74, 15 sq., VI, 86 p. 80, 1 sq., VI, 89 p. 74, 20; 78, 18. VI, 82—84 idem demonstratur, quod in lemmate p. 66, 18—70, 17.

ticula *οὐκοῦν* incipit, uelut propp. 12, 13, 14, 15, 18, 19, 21, 25, 26, p. 200, 22 = p. 62, 19 sq.; cfr. p. 214, 16 = p. 80, 11; p. 174, 5, 17; 180, 25; 182, 23; 188, 6; 242, 16. etiam praeparationem saepe breuiorem reddit uelut p. 160, 26 (= p. 10, 8 sq.), p. 184, 18 sq. (= p. 42, 1 sq.), p. 186, 7 sq. (= p. 42, 24 sq.), p. 188, 1 (= p. 46, 2), alibi. prorsus omisit non modo p. 32, 24 — 36, 4; 46, 14 — 48, 8; 50, 1—8; 90, 18 — 92, 19; 96, 14 — 98, 5; 112, 24 — 114, 18, de quibus locis u. supra, sed etiam p. 68, 21 — 70, 17; 74, 23 — 76, 16, propp. 46, 49. multo rarius aliquid addidit uelut p. 162, 7 (= p. 10, 24), p. 164, 9 (= p. 14, 7), p. 196, 2 (= p. 56, 19; hic rursus *οὐκοῦν* illud suum usurpat); prop. 40 inutilibus ineptisque ambagibus dilatauit. e Pappo VI, 80—81 interpolauit p. 206, 21 — 208, 10; 206, 5 — 20, fortasse etiam p. 202, 21—22 *μείζων δὲ ἢ ἐλάσσων τῆς ἐκ τοῦ κέντρου* e p. 568, 15. p. 210, 20 *ἡ μέν* — 23 *τῷ O* interpolata esse arguuntur non modo ipsa forma molesta, sed etiam lemmate Pappi VI, 85. propp. 37—41 infelicissime sic ordinauit: 41, 42, 38, 40, 39.

cum recensio Theonis in *τῷ μικρῷ ἀστρονομουμένῳ* traderetur, cuius causa fortasse et ea et recensio noua Phaenomenorum facta erat*), Optica genuina non prorsus ab usu mathematicorum remota sunt. uelut Georgius Pachymeres saec. XIII ea in quadriuium suum recepit teste Paulo Tannery Rapport sur une mission en Italie p. 39 (Archives des Missions 3e série XIII). ex hac parte geometriae Pachymeris et opticis Heliodori Larissaei Angelum Uergetium non sine fraude composuisse Damiani Optica, quae edidit Erasmus Bartholin Paris. 1657 e cod. Barber. I 131, demonstrauit idem Tannery l. c. p. 40. itaque quae illa editione confisus de ratione, quae inter Damianum et Optica Euclidis intercedat, exposui Studien über Euklid p. 137 sq., nunc de Pachymere ualent, quem codicem nostris similem habuisse, mirum non est. Heliodoro uel Damiano relinquuntur I, 1—13 sola genuina. ibi cap. 5 citatur Opt. prop. 1: *πρὸς τὸ τοῦ στοιχείου τοῦ λέγοντος· οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ἅμα ὅλον ὁρᾶται.* cap. 1 idem argumentum adfertur, quod in praefatione Theonis p. 150, 9 sq.; etiam cap. 8 cum Theone p. 146, 24 sq. comparari potest. uterque sine dubio

---

*) Mutationes temerarias operum eo pertinentium significare uidetur Pappus VI, 1.

eundem auctorem secutus est; nam Heliodorum Theone antiquiorem esse, pro certo habeo.

Etiam Arabibus cum ceteris libris intermediis (eo enim nomine illi eadem fere opera designauerunt, quae *ὁ μικρὸς ἀστρονομούμενος* comprehendit, u. Steinschneider Zeitschrift für Math. u. Phys. 1865 p. 464) Optica innotuerunt studioseque tractabantur; u. Steinschneider Zeitschrift f. Math. u. Phys. XXXI, hist. Abth. p. 100 sq , unde haec adfero. Arabice ea uertit Honein, cuius interpretationem Thabit ben Korra et Nasireddin Tusi emendauerunt. ex Euclide et Ptolemaeo sua Optica se confecisse dicit Ibn Haitham (in interpretatione Latina eorum, quae sub nomine Alhazen satis nota est, nihil inuenitur, quod ex Euclide transsumptum esse demonstrari possit). ex Arabico fluxit sine dubio et interpretatio Persica et Hebraica (Steinschneider p. 101).

utrum interpretatio Arabica ad occidentales medio aeuo peruenerit Latineque uersa sit necne, discernere nequeo; inter codices Latinos Opticorum, quos uidi, nullus certa uestigia originis Arabicae habet. sed Optica Graece in Italia meridionali exstitisse saeculo XII, e praefatione Henrici Aristippi ad interpretationem Phaedonis comperimus (Rose, Hermes I p. 388): *habes Euclidis optica, qui tam vere et mirabiliter de opinione videndi disserit, ut opinabilia ratiocinatione probet demonstrativa.* nec dubito, quin eo referenda sit interpretatio e Graeco ad recensionem antiquam facta, quam supra edidi (praeter codices supra nominatos hosce noui: cod. Riccardian. 885 fol. 132—143 saec. XIV, cod. Norimb. cent. V, 64 fol. 164—168^{u}, cod. Oxon. Colleg. Corp. Chr. 251, cod. Cantabrig. Uniuersit. Mm III, 11). interpres quamquam in uniuersum Graeca uocabula tenuit, tamen interdum ridicule errauit, uelut p. 78, 1 *τὸ M* reddidit *sectionem* (*τομ̄* legit pro *το μ̄*), p. 92, 16 *ὁποτερασοῦν utralibet ergo*, p. 100, 8 *τεμοῦσιν secantes*, p. 106, 24 *ἤ uel*, p. 108, 7 *M quidem* (*μ́ = μέν*); *ἐπεζεύχθω ἡ* semper fere interpretatur *coniungantur*, quod corrigere non debueram. praeter interpolationes minores p. 3, 13; 5, 19; 33, 9; 35, 7; 37, 17; 43, 4; 71, 1, 11, quas recepi, has habet maiores in *D*:

post p. 11, 21 in oculis subiecta superficie consistentium linearum equidistantium latitudo remotior est secundum uisionem minorem. equalitas autem habetur *kg* linea existente equali *tb*. subtensis cordis erunt equales propter triangulorum duo latera equalia et angulos contentos equales. ad equali-

tatem autem illarum linearum perpendicularium*) habendam super centrum ducatur linea equidistans da linee, et diuidatur da in duo equalia, et a puncto sectionis erigatur perpendicularis; et transibit igitur per centrum per tertium librum. educatur autem tam gk quam tb super lineam transeuntem per centrum, deinde autem a k puncto ducatur recta in centrum,



similiter et ab c. dc igitur linea est equalis ca linee. sed gd est equalis ba ex ypothesi; ergo gc cb. sed gc est equalis nr, similiter cb rf, quia opposita latera in paralellogramis equidistantium laterum. ergo nr rf. iterum per conuersum dulcamon**) quadrata kn et nr laterum ualent quadratum***) kr lateris, quia n angulus rectus. sed quadratum kr ualet quadratum tr et quadratum tr quadrata fr et ft. ergo a primo quadrata kn et nr ualent quadrata rf et ft. sed quadratum nr ualet quadratum fr, quia sunt equales, sicut probatum est; ergo quadratum ft ualet quadratum nk. ergo sunt linee equales. sed ng est equalis fb, quia latera opposita in paralellogramo; ergo gk erit equalis bt, quod est suppositum [p. 12, 19; cfr. schol. 21 p. 260, 11 sq.].



post p. 37, 7: longior†) radius ad speram proueniens quasi linea contingens erit. sit spera dg, que uidebitur ab oculo z. super centri oculique distantiam figuretur circulus protracta linea a centro spere usque ad oculum, sitque diameter circuli, que linea sit az, et procedant radii ad sectiones circulorum ze zb. dico, hoc esse, quibus longiores speram non contingunt. protrahantur††) enim a centro spere linee due ad terminos radiorum contingentium et faciant duos angulos rectos

*) Additum in mg. m. 1. **) H. e. Elem. I, 47. ***) Corr. ex *quadrata*. †) Habet etiam L. ††) Additur scholium: si in eo plano, in quo est oculus, ponatur periferia, non tota

cum radiis applicatis. uterque angulorum cadit in semicirculum. quare linee applicate ad circumferentiam, quia faciunt angulos rectos cum lineis ductis a centro, erunt contingentes. quare protracte non secabunt circulum. si*) igitur perueniat radius longior, erit, quod due linee recte includant superficiem; quod est impossibile. quare relinquitur, quod linee longiores sunt contingentes.

post p. 77, 14 (u. not. crit): demonstratum est in 4° libro Euclidis**) elementorum geometrie circa***) datum trigonum circulum describere. quare possibile est uolenti circa pxl†) trigonum et adhuc circa keb sectionem. descriptis autem tribus sectionibus manifestum, quoniam duarum maior pml sectio, at uero xl††) minor quidem ea†††), maior uero olx. propterea uero maior qui in mxl sectione angulus; in minori enim*†) portione angulus maior; qui uero ad x maior quam qui ad n. scilicet ab eo quod est demonstratum usque huc non est de libro isto, sed extra sumptum [est enim Opt. ant. schol. 70].

alia quoque huius generis scholia in mg. habet D, sine dubio e codice Graeco petita; sed magis memorabilia alia uidentur scholia, in quibus alius interpretationis mentio fit, cuius uestigia etiam alibi deprehendimus; nam in L similia in textu post protasim leguntur praemissis uerbis *habet alia translatio* (in D fere praemittitur *alia translatio*; ibi in mg. sunt m. 1) et eadem fere in cod. Oxon. Colleg. Corp. Chr. 283 (in textu, *in alia translatione habetur*).**†) aliquanto plura uestigia

---

apparet semicircumferentia. si enim bzg esset semicirculus, cum db et dg sint linee contingentes circulum, utraque facit angulum rectum cum bg diametro per XVII tertii Euclidis. ergo triangulus bdg duos rectos habebit angulos; quod est impossibile.



*) Scholium: si enim dicamus cadere intra, esset hoc contra caudam pauonis, si autem extra, erit, quod due et cetera. **) Hic e textu interponuntur p. 77, 14 $(g)it$ — apparebit. ***) Sic. cod. Torun., *contra* D. †) kxl Torun., qui omnino in litteris discrepat. ††) kxl Torun. †††) ed D, eo Torun. *†) Hic del. *sectione* D. **†) Hic codex binis columnis scriptus est, in priore propositiones, in altera demonstrationes, quae breuissimae sunt nec cum genuinis quidquam commune habent. in fine fol. 164u legitur: nota, quod sexaginta et tria toreumata

praebet cod. Bibliothecae Gymnasii Torunensis R IV° 2 (scr. a. 1359, u. Curtze Zeitschr. f. Math. u. Phys. 1868, litt. Abth. p. 45 sq.), qui recensionem continet a genuina multo diuersiorem et interpolatam. ex eo codice hic subiungam, quae etiam in *D L C* (*C* = cod. Oxon. Coll. Corp. Chr. 283) inueni, adiectis horum scripturis uariantibus (p. 3, 13—14 habet *T*: omnes uisus equeueloces esse, qui secundum equales angulos deferuntur, non autem sunt equeueloces, qui secundum inequales lineas deferuntur. non sub quocunque angulo rem uideri. inde a prop. 28 magis ad *D* adcedit et praeter interpolationes minores eandem recensionem praebet).

prop. 1: Nullum uisorum simul totum uidetur. in eodem instanti non uideri plura. esto uisum *ad*, oculus uero *b*. dico igitur, quod non simul comprehendetur a uisu *ad* secundum se totum. incidunt radii *ba*, *bc*, *bd*; *bt* uero sit perpendicularis super *ad*. quoniam igitur in triangulo *bcd* angulus *bcd* est rectus, erit per 17 primi maximus angulus illius trianguli; quare per 19 eiusdem ei opponetur maximum latus. recta igitur linea *bd* longior erit recta linea *bc*. et eadem ratione *ba* longior *bc*. resecetur ergo per 3. Euclidis ad equalitatem *bd* quidem in puncto *e*, *ba* uero in puncto *f*. quoniam igitur omnes uisus transpositi secundum equales lineas sunt equeueloces, in equalibus partibus defertur uisus ab oculo *b* ad tria puncta *ecf*. uisus quidem delatus a *b* super lineam *bd* citius fertur ad *e*



continentur in isto libro. Aimare, gratias age, quia hoc opus sic glosulasti sub magistro Iohanne de Beaumont. explicit feliciter liber de uisu.

12. alia translatio. nullum uisorum simul totum uideri *D*. habet alia translatio. in eodem instanti non uideri plura *LC* *ceteris omissis*. 14. igitur] ergo *D*. 15. incidunt] incidant enim *D*. 16. igitur] ergo *D*. 18. primi Euclidis *D*. 21. igitur] ergo *D*. 22. erit] est *D*. 23. longior est *D*. *bc*] *bc* eadem *D*. 24. per 3. Euclidis] *om. D*. *bd*] ipsius *bd D*. 26. igitur] ergo *D*. 27. transportati *D*. 29. partibus] temporibus *D*. 30. quidem] autem *D*.

quam ad *d*. eadem ratione ostendetur, quod citius uidetur .. per antepenultimam, que est: omnes uisus equeueloces esse, qui secundum equales lineas deferuntur, non autem sunt ..... est. hic igitur similiter delatus super lineam *ba* citius perueniet ad *f* quam ad *a*. quare in tempore breuiori transportabitur uisus ad punctum *c* quam duo puncta *a* et *d*. eadem ratione ostendetur, quod citius uidetur *c* quam quodlibet punctum in linea *da*. patet igitur, quod puncta linee *da*, quanto propinquiora sunt puncto *c*, tanto citius a uisu comprehendentur; unde punctum *g* citius quam punctum *d* et punctum *h* citius quam punctum *a*. protractis enim lineis *bg bh*, cum angulus *bgd* sit extrinsecus ad angulum *bcg*, erit maior ipso per 32. primi Euclidis. angulus uero *bcg* est rectus; quare angulus *bgd* erit obtusus. quare erit maximus angulus in triangulo *bgd* per 17. primi. quare ei opponetur maximum latus per 18. primi. linea igitur *bd* maior erit linea *bg*. quare per predictum modum demonstrandi citius fertur uisus ad *g* quam ad *d* et similiter ad *h* quam ad *a*. cum igitur punctum *c* citius comprehenditur a uisu quolibet puncto linee *ad* et ei citius uiciniora quam remotiora, successiue igitur comprehendetur linea *ad* a uisu. non igitur simul, quod fuit demonstrandum.



Notandum igitur, quod de rectis lineis et de superficiebus planis intelligenda est propositio, de lineis autem curuis et superficiebus concauis sperarum non est hoc necessarium, quod proponitur per 1. propositionem. si enim in centro circuli

---

1. eadem — 4. igitur] *om. D.* 1. uidetur] *seq. comp. incertum T.* 3. qui] *corr. ex* que *T.* sunt] *seq. compp. dubia T.* 4. delatus] *om. D.* 5. breuiore tempore *D.* 6. duo] ad duo *D.* eadem] eadem etiam *D.* 7. uidebitur *D.* 8. aliud punctum *D.* igitur] iterum *D.* 9. puncta *D.* 11. unde] ut *D.* 15. ad] *om. D.* *bcg*] *bgc D.* 20. 17.] 19. *D.* 18.] 17. *D.* 21. igitur] ergo *D.* 23. igitur] ergo *D.* comprehendatur *D.* 24. uiciniora citius *D.* 25. igitur] ergo *D.* 26. igitur] ergo *D.* totum simul *D.* 27. igitur] est autem *D.* et de] et *D.* 30. 1.] istam *D.*

uisus poneretur, eius periferia citius simul comprehendetur, cum omnes linee, per quas dirigetur uisus, sunt equales, et similiter, si in centro spere poneretur oculus, tota eius concauitas simul in eodem tempore uisui apparet.

prop. 2: Equalium magnitudinum in distantia iacentium propius posita perspicacius uidetur.

equalium uisibilium inequaliter in eandem partem iacentium uel remotorum propinquiori est uisus certior.



sint uisa *ad ce*, que oportet ymaginari esse equalia et paralellogramma, oculus uero sit *bd*, *ad* uero sit propinquius oculo quam *ce*. dico, quod *ad* perspicacius uidetur quam *ce*. incidant enim radii *bd ba bc be*, positis notis *fg*, ubi *be bc* intersecant *ad*. quoniam igitur *ad* uidetur sub angulo *abd*, quare uidebitur sub tribus angulis *abf fbg gbd*, sub quorum uno uidelicet sub angulo *bcg* uel *bgf* comprehenditur *cg*. sub pluribus igitur angulis uidetur *ad* quam *ce*. per 13. igitur petitionem huius perspicacius et certius uidetur *ad* quam *ec*. et hoc est propositum.

prop. 3: Unumquodque uisorum habet longitudinem spatii, quo facto iam non uidebitur.

quodlibet uisibile per elongationem aliquam non posse terminare uisum.

sit res uisa *ad*, oculus uero *b*, radii uero prouenientes ad terminos rei uise sint *ba bd*. quoniam igitur in ultima petitione

---

1. uisus] *om. D.* ponatur *D.* eius — simul] oculus simul *D.* 2. sunt] essent sibi inuicem *D.* 3. ponatur *D.* 7—8 *DL.* 7. uisibilium *TL*, magnitudinum *D.* iacentium uel] *om. DL.* 8. remotarum *D.* propinquioris *DL.* 9—20 *D*; *L habet* p. 5, 8—12, *sed pro* p. 5, 12 trigoni — 16 *aliam demonstrationem, quae in mg. transit.* 11. *bd*] *b D.* *ad*] *da D.* 12. dico ergo *D.* 13. *bc be*] *be bc D.* 14. secant *D.* 15. igitur] ergo *D.* 17. *bcg*] *ebc D.* 18. *bgf*] *gbf D.* *cg*] *ce D.* igitur] ergo *D.* 19. 13. igitur] 6. ergo *D.* huius] *D*, *ι' T.* 20. uidebitur *D.* et hoc] quod *D.* 23—24 *D*, cuiuslibet uisibilis per elongationem terminari uisum *L.* 23. aliquam] *om. D.* 25 sq. *D*; *L habet* p. 5, 19—7, 6, *sed pro* p. 7, 2 ad — 4 uidebitur *interpolationem.* 25. peruenientes *D.* 26. igitur] ergo *D.* ultima] 8 *D.*

positum est, rem sub quolibet angulo non uideri, erit accipere aliquem angulum, sub quo semper non uidetur res.

sit igitur angulus *abd* minimus angulus determinatus uisui. elongetur igitur *ad* magis ab oculo et *ec*, que equedistet *ad* in priori situ, et ducatur *be bc*. quia ergo angulus *ebc* minor est angulo *abd*, angulus *ebc* non erit determinatus uisui. quare non incident uisus ad *ec*. quare non uidebitur *ec*, cum positum sit in 4. petitione, ea uideri, ad que uisus incidit, et ea non uideri, ad que uisus non uadit. *da* igitur habet longitudinem spatii, quo facto iam non uidebitur; quod est propositum, et demonstrabimus per illa .... qua 2.

quae sequuntur, in *T* in textu sunt post protasim, quae fere cum *D* consentit:

prop. 4: Equalium uisibilium super unam lineam eodem puncto coniunctorum, quod remotius est, minus apparere (*om. DL*).

prop. 5: Inequalium, quod propius, uidebitur maius, cum uersus eandem remoueatur partem inequaliter (*L*).

prop. 6: Equedistantium linearum magis remotum minus apparet interstitium (*L*).

prop. 7: Equalium spatiorum super eandem basim existentium, quod propinquius est, maius reputatur (*om. DL*).

prop. 9: Quadrata per distantiam apparent rotunda (*DL*).

prop. 10: Partes inferiores plani remotiores uidentur altiores (*D*).

prop. 11: Superiorum plani superiores partes secundum uisum declinare (*DL*).

prop. 12: Per recessum, que dextra sunt, sinistra uidentur, que uero sinistra sunt, dextra uisualiter adire per totum (*DL*).

prop. 13: Equalium equalis altitudinis sub oculo iacentium remotius uidetur altius (*DL*, *om. T*).

---

1. rem] rem non *D*. quolibet] quocunque *D*. non] *om. D*. 2. quo semper] minori quod *D*. uidebitur *D*. 3. igitur] ergo *D*. *abd*] *adb D*. angulus] *om. D*. 4. igitur] ergo *D*. et *ec* — 11] *om. D extr. pag.* 11. illa] *seq. comp. dub. T*. 16. equalium *L*. propius] propinquius est *L*. 17. partem remoueantur *L*. 18. equidistantium *L*. 20. spatiorum] despatorum *T*. 22. apparent] uidentur *DL*. 25. superiorum] superioris *DL*. partes superiores *L*. 27. per recessum] precessum *D*. sunt] *om. D*. uidentur] *om. L*. 28. uero] *om. L*. sunt] *om. D*. per totum] partem *DL*.

prop. 14: Super oculum consistentium quantitatum et eiusdem magnitudinis, cuius maior est remotio, eius maior putatur dimissio (*D L*).

prop. 15: Cum super idem planum similiter steterunt inequalia, quod radio capud minoris contingenti punctoque subteriori de maiore concluditur, minus cum lumen inclinatum. sensus utriusque translationis est, quod propositis duabus quantitatibus inequalibus ut *ab* et *gd*, et *ab* sit maior et *gd* sit minor, quod, quanto oculus magis accedit ad *gd* minorem, tanto *ab* uidetur minus excedere *gd*, et quanto magis recedere a minori, tanto maior magis uidetur excedere minorem (*L*, *om. D T*).

prop. 16: Quod in directo uerticis ipsius ultra minorem de maiore positione altius est eo, quod oculo uidetur altiori, inequalibus in uno stantibus plano (*D L*, *om. T*).

prop. 17: Si uisus unius altitudinis remanserit, ex distantia non mutatur proportio (*L*, *om. D T*).

prop. 18: Altitudinis quantitatem per umbram solis et rectam uirgam similiter inuenire (*D L*).

prop. 19: Erecta uirgula speculoque interposito, quanta sit altitudo paralella, dicere (*L*).

prop. 20: Qualiter profunditatis certitudo sit habenda (*L*, *T in mg. praemissis uerbis* alia translatio).

prop. 22: Si fuerit oculus in eodem plano cum arcu, circumferentiam uideri rectam (*L*, *ut* alia translatio *mg. T*).

prop. 23: Quod de spera cernitur, eius medio minus est et uelud circulus (*mg. T*, *praemissis uerbis* habet alia translatio, *ut solet*, *L*, *in quo sequitur:* propositum est, quod minor pars medietate spere uidetur ab uno oculo).

prop. 24: Alia. quanto magis accedit, minus de spera cernitur, et id maius apparet (*L*, *mg. T*).

prop. 25: Alia. uisiones, quarum distantia dyametro spere par et equidistans fuerit, regunt oppositas secundum dyametrum notas (*L*, *mg. T*).

---

2. eiusdem] unius *D*. eius] *om. D L*. 3. reputatur *L*. demissio *D L*. 19. rectam] *T*, erectam similiter *L*, *om. D*. similiter inuenire] *T*, repperire *L*, cognoscere *D*. 20. uirga *L*. 26. quod] *comp. e corr. T*. eius medio] cuius medio *T?*, medio eius *L*. 31. apparet maius *L*. 32. diametro *L*. 33. equidistans] *L*, equidem *T?* regunt] tangunt *L*.

prop. 26: Si maius diametro fuerit interstitium uisionum, uidebitur medio spere maius (*C*, *om. T*).

prop. 28: Medietate minus aspici de columpna (*C*, *om. T*).

prop. 29: Quod a propinquiore de columpna rotunda minus essentialiter cernitur, maius est apparenter (*LC*, *om. T*).

prop. 30: Piramidis medietas rotunde non uidetur ab oculo super ebadum basis collocato (*L*, *om. T*).

aliam rursus recensionem continere uidetur cod. Ambros. P 21 sup. saec. XIV; inc. radius egreditur ab oculo super lineas equales, des. fol. 133: ex loco uisus ad centrum circuli secundum dispositionem, quam diximus. et hoc est, quod demonstrare uoluimus. explicit liber de aspectibus Euclidis feliciter. titulus est: liber de aspectibus et speculis Euclidis, cum in ceteris codicibus fere inscribatur de uisu. prop. 9: figure ortogonie, cum aspiciuntur a longe, uidentur rotundae.

Quae Uitellio in libro IV cum Euclide communia habet, neque in propositionibus nec multo minus in demonstrationibus ad uerbum cum ulla harum interpretationum consentiunt. Rogerus uero Baco exemplaria nouit, ubi utraque interpretatio coniuncta erat; u. Op. maius p. 246 (= Perspectiua ed. Combach p. 115): in libro de uisu hoc idem uult auctor, cum dicit in X propositione: rectangulae magnitudines e distantia uisae peripheriae apparent [p. 17, 5]. sed quia rectangulae figurae huiusmodi non possunt esse nisi aequilaterae, ideo alia translatio subiungit: quadrata per distantiam apparent rotunda [u. p. XXXVIII]. cfr. ib. p. 246 (= p. 116 Combach): auctor libri de uisu et multi aestimabant, magnitudinem comprehendi per quantitatem anguli apud oculum, unde in principio illius libri supponitur, quod uisa sub maiori angulo apparent maiora et sub minori minora, et sub aequalibus angulis uisa apparere aequalia [p. 3, 6 sq.]. Iohannes Peckham (Perspectiuae communis libri tres. Colon. 1592) altera interpretatione utitur; u. I, 39 non sub quocunque angulo rem uideri [p. 3, 14]; cfr. I, 38 de hac certitudine loquitur Euclides de uisu, cum inquit: nullum uisibile simul totum uideri, sed per immutationem pyramidis.

Per totum igitur medium aeuum sola Optica genuina in manibus hominum erant; nam quae Uincentius Bellouacensis Spec. nat. XXV, 45 habet praefationi Theonis consimilia*), e

---

*) et ex hoc concludit Euclides, quod uidemus per lineas ab oculo egredientes, uidelicet per triangulum, cuius basis est

Nemesio (Nemesii Versio Latina ed. Holzinger p. 80) habere potest, ut suadet exemplum nummi iis commune (apud Theonem est *βελόνη*), quamquam hic Euclidem non nominat, sed „geometros“. renascentibus uero litteris recensio Theonis peruulgata est.

Ea usus est Georgius Ualla, qui De expet. et fug. rebus XV, 3 partem Opticorum Latine uertit (u. Neue Jahrb., Suppl. XII p. 394—395); nam non modo praefationem Theonis habet, sed etiam demonstrationes recensionis Theoninae, uelut prop. 10: positis infra oculum planis, quae remotiora sunt, sublimiora uidentur. sit nanque oculus *b* supra *ck* planum collocatum, a quo sane oculo cadant radii *bc bd bf bk*, quorum *bk* perpendicularis sit in collocatum planum. aio, *cd* ipso *df* sublimius uideri. igitur *cd* ipso *df* sublimiora uidentur, at *fd* quam *fk*. ergo quae sub sublimioribus radiis apparent, sublimiora comparebunt. ex hoc loco simul adparet, cuius generis codex eius fuerit; omittit enim p. 166, 22 *τὸ δέ* — p. 168, 6 *ἡ KZ* ut cod. Monac. 361 et apographum eius cod. Paris. 2352; etiam p. 168, 8 *φαινόμενα* habuit pro *ὁρώμενα* cum Monac. 361 et p. 238, 19 *διαφέρηται* (differat) pro *διαφαίνηται* cum Paris. 2352 (et sine dubio etiam Monac. 361). iam cum Monac. 361, ut mox uidebimus, Uenetiis aliquando fuerit, ubi Ualla degebat, ueri simile est, eum hunc ipsum codicem habuisse; et scholia, quae Ualla recepit (nr. 7, 10*), 15**), 18, 38 a p. 266, 10, 41, 60, 57, 58, 91, 92), in Monac. sunt, nr. 60, 57, 58 eodem ordine, cum Paris. 2352 scholia non habeat.***)

Interpretationem integram primus edidit Uenetiis a. 1505 Bartholomaeus Zambertus, qui de codicibus suis haec dicit in praefatione: cuius quidem disciplinae rationem quandoque cum

---

res uisa, et angulus expansus est in oculo, eiusque diameter super partes rei in se discurrit, ne apprehendamus partem uisibilis, nisi quam diameter attingit, ideoque dicit, quod non statim uidemus denarium in pauimento iacentem, quod etiam probatur per demonstrationem.

*) Hoc sine dubio etiam in Monac. exstat; habet enim cod. Leid.

**) Incipit: aliud sit itaque; in Monac. est: *ἄλλο* ▽.

***) Reliqua additamenta Uallae, quae commemoraui l. c. p. 394—395 (post prop. 10, ad propp. 19—21), sine dubio suo Marte aliunde sumpsit.

apud Socraticum Euclidem in uetustissimis et tineis ac carie contritis Graecis codicibus legerem, quodam stupore perfusus hominis ingenium arduum et sublime inde diiudicans opus illud mira solertia sed maximo studio non legi, sed relegi transcripsique pariter, ut tanta doctrina quoque inter nostros codices summa ueneratione seruata reperiri posset. iam cum cod. Leid. manu Zamberti e cod. Monac. descriptus sit, eum sine dubio*) hic significat; et cod. Monac. re uera „tineis et carie“ pessime habitus est; quem tum Uenetiis fuisse, hinc iure colligimus. cod. Leid. igitur ei in interpretando ad manus fuit, et concordant scripturae, uelut p. 144, 14 lucentibus illustrantibusque ignibus, p. 148, 20 sub uisum namque cadit spectatae rei imago, p. 152, 1 fidemque huiusmodi efficiunt in praesentia radii, p. 152, 20 quae linea est; inquit enim, quod eo quia in uisu linea manet, p. 190, 14 *ὅλον* om., minus est et, p. 236, 8 propinquum. cfr. supra p. XXIV sq.

Editio princeps prodiit Parisiis a. 1557, 4° per Ioannem Penam, qui de codicibus suis haec dicit: itaque cum mihi essent aliquot exemplaria Graece scripta, quae Petrus Ramus Philosophiae et Eloquentiae Regius professor atque idem alumnus tuus [Caroli Lotharingi Cardinalis] et praeceptor meus ab amicis mutuo acceperat, nolui Rempublicam diutius hac Euclidea doctrina carere. fundamentum editionis est cod. Paris. 2350; nam pleraeque coniecturae Uergetii a Pena receptae sunt, uelut p. 144, 2 *ὅτι*, p. 146, 9 et 10 *ἐντομήν*, p. 146, 21 pr. *καί* om., p. 148, 26 *ἀπέρρει* (*ἀπέρρεεν ἢ ἀπέρρει* Uerget.), p. 152, 21 *μένειν*; non recepit *εὐθεῖαν* p. 150, 10, unde constat, eum codice Paris. 2468 usum non esse; cfr. praeterea p. 146, 11 *τούτῳ*] Pena, om. 2468, p. 148, 17 *διὰ τὸ κινεῖσθαι*] Pena, om. 2468. scholia 13, 15, 18, 19, 91, quae omnia in Paris. 2350 insunt, in textu habet; sed praeterea multo plura interpolauit, quae in nullo codice inueniuntur; apud Gregorium sunt p. 606, 3—17; 607, 1—8; 608, 16—26; 611, 40—45; 612, 13—22, 37—47; 613, 17—33; 617, 15—30 (*ἐκ τῶν τοῦ Πάππου*)**); 618, 22—25 et alius generis p. 619, 8—22; 626, 25—36; 627, 32—34;

---

*) Obstare uidentur temporum rationes, si recte computauit Weissenbornius (cfr. V p. CIV), quod quo modo explicandum sit, nunc non diiudico; satis mihi est, cod. Leidensem ante interpretationem editam finitum esse.

**) Titulus fictus; apud Pappum nihil eiusmodi.

628, 1—8 et conatus alicuius mathematici Graece docti (an Rami?)*) uidentur esse.

Praefationem propositionesque solas deinde Argentorati edidit Cunr. Dasypodius a. 1571. editione Penae usus est; nam p. 154, 23 habet: *ταῦτα μὲν οὖν ὑποκείσθω ἡμῖν, ἐξ ὧν τὰ ἑξῆς θεωρήματα δειχθήσεται*, quae est interpolatio Penae.

Etiam Gregorius editione Penae nititur. inspexit hic illic codicem Bodleianum nescio quem, e quo nihil fere protulit, et Sauilianum, nisi hunc e notis Sauilii tantum citat; inter codd. Sauilianos Bodleianos nullum repperi; p. 623 not. 2 e Reg[io?] adferuntur p. 194, 19—20, quae omisit Pena extrema pagina et cum eo Dasypodius et Gregorius. cod. Sauilianus codici Uatic. 202 similis fuit; cfr. p. 168, 14 *ὧν* — 16 *θεώρημα*] in textu Sauil. et 202, p. 242, 19 ante *ἔγγιον* add. *μεῖζον ἄρα φαίνεται τὸ ΓΔ τοῦ ΓΒ. τὰ μείζονα ἑαυτῶν οἰόμενα τοῦ ὄμματος προσιόντος ἐπαυξάνεσθαι δοκοῦσι. καὶ τὰ αὐξανόμενα ἄρα τῶν μεγεθῶν δόξει προσάγεσθαι τῷ ὄμματι* Sauil., 202; in fine uterque *τέλος εἴληφε τὰ πρὸ τῶν ὀπτικῶν Εὐκλείδου*; p. 156, 12 interpolationem codicis V (m. rec.) habuit, p. 164, 10 propriam (*καὶ τῆς ΚΔ ἐλάσσων*). habuit scholia 10 (p. 606 n. 1), 37 (p. 617 n. 2), 41 (p. 618 n. 2) praeter 7, 75, 86, quae Gregorius in textum recepit; ea omnia in Uatic. 202 exstant.

Schneiderus denique (Eclogae phys. I p. 381—391) codices non habuit, sed Gregorium sequitur paucis additis coniecturis.

IV.

De Catoptricis.

Etiam in Catoptricis unicum fundamentum editionis est V; inde enim pendet v, ut supra p. XXI exposui, ex v rursus Mm pendere arguuntur loco illo p. 314, 1, de quo dixi p. XXIII; m enim *AE* habet, M uero *ΔE* errore latius manante. tamen eos abiicere nolui, ut manifesto documento pateret, quo modo interpolatio in his opusculis studiose lectitatis paullatim incresceret. M non ex ipso v, sed e cod. Uat. 192 descriptus est, quoniam p. 288, 8 *τρίγωνα* cum eo omittit; cfr. p. 292, 21 *BZΔ*] V, mut. in *BZ ZΔ* m. rec. v, *BΔZ* 192, M; p. 296, 22 *ἴσαι* — 23 *γωνίαι*] V, om. 192, M; p. 302, 25 *τῶν ὄψεων*] V v,

---

*) Cfr. de Petro Montaureo, alio eius discipulo, Apollon. II p. XVII.

om. 192, M. interpolatio modice grassata est, uelut p. 286, 8; 288, 5; 290, 21; 292, 1, 4; 298, 5; 302, 26; 304, 4, 15; 310, 4; 316, 15; 332, 10; 340, 23; cfr. p. 328, 10; p. 290, 13 *ἄν* recte addidit.

iam ex illo *AE* ueri simile est, m quoque e Uat. 192 descriptum esse, et hoc confirmatur erroribus quibusdam cum M communibus, uelut p. 300, 12; 306, 23; 308, 17, 18; 312, 16; 330, 18; 338, 12, qui ad communem archetypum referendi sunt; itaque *τρίγωνα* p. 288, 8 coniectura addidit, sicut *τῶν ὄψεων* p. 302, 25 alio loco. nam m ab homine haud indocto sermonisque mathematici satis perito per totum opus audacissime interpolatus est, ut adparatus criticus quauis pagina docet. addendae hae scripturae errore in adparatu omissae: p. 288, 1 post *B* add. *καί* m, 4 post *ἤχθωσαν* supra scr. *γάρ*, 5 *ΓK*] *τὴν ΓK*, *AK*] *τὴν AK*, 6 *ὑπέκειτο*] *ὑπόκειται*, post *ἄρα* supra scr. *ἐστί*, 7 *ἄρα*] *ἄρα ἐστίν*, 9 *ἔστω δή*] postea corr. in *ἀλλὰ δὴ ἔστω*, 15 *ἴση* — 16 *E*] *καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ MKB*, 16 Z] *ὑπὸ NKΔ*, *Θ τῇ Λ*] *ὑπὸ ΓMK τῇ ὑπὸ AKN*, 17 *E* — Z] *ὑπὸ BKΓ τῇ ὑπὸ ΔKA*, 18 *ἴση ἐστίν*, 20 *E*] *ὑπὸ BKΓ*, 21 Z] *ὑπὸ ΔKA*, 22 *Θ*, *E*] *ὑπὸ BKM*. harum interpolationum plerasque (desunt p. 286, 19; 294, 22; 296, 4; 298, 22; 300, 8, et quae in m postea additae sunt p. 288, 4, 6, 9) in V adscripsit manus recens (cum errore *ΓMK* pro *ΓKM* p. 288, 16) nouis de suo additis p. 296, 5; 300, 4 (partem tantum mutuata est p. 300, 4, 15); sed inde a p. 300, 18 taedio laboris inutilis ab incepto codici praestantissimo pulcherrimoque funesto destitit.

de codicibus, qui etiam Optica continent, in cap. II dictum est. addendum, cod. Ambr. A 101 sup., Paris. Gr. suppl. 186, Uindob. suppl. 9 interpolationes codicis m habere p. 288, 4, 5, 6, 7, 15, 16, 17, 18, 20, 21, 22, 23; itaque in Catoptricis inde pendent. cod. Uindob., de quo infra uidebimus, praeterea problema de duabus mediis proportionalibus aliasque notas mathematicas cum eo communes habet (u. Apollon. II p. XIX); p. 288, 16 *ΓMK* habet postea correctum. Paris. suppl. 186 p. 314, 1 *AE* habet, p. 288, 16 *ΓKM*, p. 288, 6 *ἄρα ἐστί* (*ἄρα* Uindob.). cod. uero Ambros. locum dubitandi dat; habet enim p. 288, 6 *ἄρα ἐστί*, 9 *ἀλλὰ δὴ ἔστω* cum m correcto, 16 *ΓMK*, sed p. 288, 8 *τρίγωνα* omittit cum Uat. 192 et M; sed archetypus ceterorum esse nequit; nam p. 288, 1 *ἐπίπεδον ἔνοπτρον* habet, 20 *γωνία* omisit.

Catoptrica sola continent hi codices:

1) cod. Marcianus Gr. 302, chartac. s. XV (Elem. I—XIII,

Data cum Marino, Theodosii Sphaerica, Phaenomena, Catoptrica, Barlaam, Ptolemaeum), magna ex parte a Bessarione scriptus.

2) cod. Paris. Gr. 2013, chartac. s. XVI, ex parte a Christophoro Auer scriptus (Omont II p. 179). Catoptrica habet fol. 81—97.

3) cod. Paris. Gr. 2448, bombyc. s. XIV (Omont II p. 263). Catoptrica habet fol. 59—70.

4) cod. Berolin. Philipps. Gr. 1543, chartac. s. XVI. fol. 1—12^{u} Catoptrica, fol. 12^{u}—14^{r} tres notas mathematicas (ut Uindob. suppl. 9), quas ex m edidi Zeitschr. f. Math. u. Phys. XXXIII hist. Abth. p. 161—163 et Eucl. V p. 720 nr. 2.

5) cod. Berolin. Philipps. Gr. 1544, chartac. s. XVI (Elem. I—XIII, Data cum Marino, Theodosii Sphaerica, Phaenomena, fol. 243—248 Catoptrica). in principio bis: *αὕτη ἡ βίβλος τοῦ Φεδερίκου τοῦ Μηλατέστου καὶ τῶν ἀληθῶς φιλούντων.*

6) cod. Bibliothecae marchionis de Rosanbo 370, chartac. s. XVI (scripsit Angelus Uergetius, continet Catoptrica); u. Omont, Catalogue des mss. gr. des départements p. 72.

7) cod. Archiuii historici Toletani 29, chartac. s. XVI (Catoptrica, Elementa).

de cod. 6 et 7 nihil aliunde notum. cod. 1 ex m descriptus est; nam omnes eius interpolationes habet (p. 286, 19; 288, 1 sq., etiam 4 *γάρ*, 6 *ἐστί*, 9 *ἀλλὰ δὴ ἕστω*). inde descriptus est cod. 5, ut iam ex indice operum, quae continet, satis adparet. et cod. 1 Malatestae cuidam, sine dubio possessori codicis 5, mutuo datum fuisse, ostendit Morellius Bibl. ms. p. 178. easdem interpolationes habet.

cod. 4 ex ipso m descriptus est; interpolationes habet, etiam *γάρ* p. 288, 4, sed neque 6 *ἐστί* neque 9 *ἀλλὰ δὴ ἕστω*. prorsus eadem ratio est codicis Uindob. suppl. 9, et cum praeterea easdem notas mathematicas ex m petitas contineat, ex cod. 4 descriptus est; cfr. etiam p. 288, 9 *δή*] *δέ* Uindob., cod. 4.

cod. 2 et ipse interpolationes illas habet (etiam p. 288, 4 *γάρ*, 6 *ἐστί*, non uero 9 *ἀλλὰ δὴ ἕστω*) et ex ipso m descriptus est; p. 314, 1 *AE* habet, p. 288, 16 *ΓMK*. quare e Paris. suppl. 186 descriptus esse nequit; immo huius archetypum esse cod. 2, adparet e p. 288, 23 *λοιπή*] m, *λοι*$^{\pi_j}$ cod. 2, *λοιπόν* Paris. suppl. 186.

cod. 3 cum sui generis sit, hic collationem plenam subiungam, quamquam ad emendationem nihil fere inde peti potest.

Εὐκλείδου κατοπτρικά. p. 286, 1 *α′* add. — *πάντα*] om. 3 *β′* add. — *ἅπαντα*] *πάντα* 4 *γ′* 5 *γίνονται* 10 *δ′* 19 *ἐκχυθῇ* 20 *θεώρημα α′* 21 *ἐπιπέπων* p. 288, 2 *δ′*] *δέ* 5 *ἐστιν*] om. *ΓK*] *τὴν ΔA* *ἡ ΔA*] *οὕτως ἡ BK* *AK*] *τὴν AK* 7 *τῷ*] *τό* 9 mg. m. 2: *ἐν τῷ ἐνόπτρῳ τῷ κυρτῷ — ἔνοπτρον*] om. 13 *Λ*] *Λ γωνίᾳ* 18 *ἴση ἐστίν* 19 mg. m. 2: *ἐν τῷ κοίλῳ — δή*] om. 20 *BK*] *KB* 21 *ἐπιπέδῳ ἐνόπτρου τοῦ KM* 22 *ἴση δὲ καί*] *ὧν ἴση ἐστίν* 23 *λοιπή*] *καὶ λοιπόν — τῇ*] *λοιπῇ τῇ — ἔσται*] *ἐστί* p. 290, 4 *AΓ*] *AKΓ* 5 *ἴσην ποιοῦσα γωνίαν* 6 *τήν*] corr. ex *τῇ* m. 2 10 *ἐδείχθη*] *ὑπέκειτο — γωνία*] *γω* extr. lin. 12 *ἐστίν*] om. — *ἑαυτῆς* 13 *ἁρμόσει ἄν*] *καί* 21 *οὔτ′* 22 *οὔτ′* p. 292, 4 *BK*] *BK ἀνακλωμένη* 6 *ἐπί*] *καὶ ἐπί — καί*] *καὶ τῶν* 9 *ἐπί*] *ἀπό* 13 *δέ*] *δ′* 17 *BAΓ*] *BΓA* 19 *E, Δ*] *Δ, E* 20 *ἐν τῷ κυρτῷ ἐνόπτρῳ* 21 *δέ*] *δ′* p. 294, 1 *ἐπεζεύχθω*] *ἤχθω* *εὐθεῖα*] om. 2 *καὶ ἐκβεβλήσθω*] om. *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* 4 *ἐστι μείζων*] *μείζων ἐστί* 5 *Π*] om. 7 *Λ*] in ras. 8 *HE*] *ἡ ε̄* 10 *τοῦ κέντρου* 17 *σημείοις τοῖς A, Δ, Γ*] *AΔΓ σημείοις* 18 *ἡμικύκλια* 20 *συμπεσεῖται* 22 *ὅμμα ἐν τῇ περιφερείᾳ* p. 296, 1 *δέ*] *δ′* 3 *ἐπεί*] *καὶ ἐπεί* 4 *μείζων*] *μείζων καί* 5 *μείζους*] *μείζονες* 6 *εἰσί* in ras. — *ἐλάττων — ἄρα μᾶλλον* 7 *κατὰ τὸ Ξ*] om. 8 *ὁμοίως δέ* 11 *μέσῶν* 12 *πεσοῦνται* 13 *δέ*] *δ′* 17 *ἐκβεβλήσθωσαν*] *ἤχθωσαν* 20 *ΓΘK*] *ΓKΘ* 22 *εἰσίν*] om. 23 *εἰσιν*] om. p. 298, 3 *ἴση*] *ἴση ἐστί* 5 *OPZ ὁμοίως τῷ πρὸ τούτου θεωρήματι ἀποδείκνυται* 6 *ἡ*] *ἧ ἡ* 9 *ἐλάττων* 12 *τήν*] *τῇ* 13 *δέ*] om. 20 *δέ*] *δ′* p. 300, 1 *ἄλλως ὡς βάθος φαίνεται* 2 *AΓ*] *AΛ**) 11 *ἀνεστραμμένα*] *-στρ-* in ras. 16 *βάθος*] *βάθος μέν* 22 *οὕτως* p. 302, 2 *οὐκοῦν ἀνακλα-*] in ras. 5 *οὕτως* 8 *ἀπότερον ἀπότερον* 13 *Δ*] *Δ αἱ BAΔ BΓE* 14 *δέ*] *δ′* 22 *δ′ αὐτῶν* p. 304, 1 *M*] *H — Λ*] *Θ* 5 *ἔστω πάλιν — τὸ KΘ* p. 306, 1 *οὕτως* 5 *BAE BΓΔ*

---

*) Ad prop. 9 praeter nostras haec figura



7 τῆς] τοῦ 9 *E*, *Δ*] *ΔE* 10 *A*] *Γ* — *Γ*] *A* 13 *ἰδεῖν*] *ϑεαϑῆναι* 16 *δέ*] *δὲ ἔστω* 20 *ἐπεζεύχϑω*] *ἤχϑω* — *ΛMΞΣ*] *ΛMNΞΣ* 21 *ἤχϑωσαν* 22 *BΞ*] *BT* p. 308, 3 *ταῖς*] *ἄρα ταῖς* 5 *τῷ* (utrumque)] corr. in *τό* 6 *ἀλλά* — *T*] *Ξ* — *ἴση ἐστί* 7 *N*] *T* — *Ξ*] *N* 8 *BΞ*] *BT* 10 *ἐστίν*] *ἄρα* — *ἀνακλασθήσεται* 18 *δέ*] *δή* 20 *πλευρὰς ἔχον* 22 *ἀναγεγράφϑω ἀπὸ τῆς AB* p. 310, 1 *πολύγωνον* 5 *κείσθωσαν* 6 *ἐπιζευγνυμέναις* 16 *δὲ καί*] *δέ* p. 312, 2 Z] Z *ἄρα* 5 *οὖν*] *ἄρα* 18 *εὐθεῖα*] om. 24 *ὅμα* p. 314, 6 *συμβολήν ἀπό*] om. 7 *τοῦ*] *τό* 14 *ἐπεζεύχϑω*] *ἤχϑω* 17 *τῇ AE*] *τῆς ΔE* p. 316, 4 *καὶ ἐκβεβλήσϑωσαν*] om. 7 *ΛK*] *KΛ* 10 *τῶν* (utrumque)] om. 12 *καί*] *δὴ καί* 13 *τῷ*] om. — *ὅ*] *ᾧ* 16 *ΔΘ*] *ΘΔ* 17 *ΘZ εὐθεῖαν* 21 *ἔλαττον* p. 318, 1 *τά*] sic 2 *κέντρον* 3 *ἐκβεβλήσϑωσαν*] *ἤχϑωσαν* 8 *PAK*] *A* e corr. — *AE*] *E* 9 *ποιοῦσιν* 11 *K*] *P* 12 *EK τῆς KZ*] *EP τῆς PZ πῶς μείζων — μᾶλλον*] *ἄρα μείζων* p. 320, 1 *κυρτοῦ*] om. 2 *παρακείσϑω* — 3 *AΓ*] om. 3 *ἁπτομένων* 9 *τῆς NI*] *ἄρα τῆς N* 16 *BKΛ* p. 322, 3 *ἐλάττονα**) 4 *ἐλάττων* 6 *τῆς*] *τῆς μείζονος* 8 *ἐλάττονος* 10 *ἐλάττονος* 11 *ἐπεζεύχϑω*] *ἤχϑω* 13 *τέμνει — γωνιῶν* 15 *δέ*] *δή — Θ ἐπὶ τό*] om. 18 *τῶν BEΔ* 20 *ἐλάττων* 21 *ἡ*] sic — *ὄψις*] om. p. 324, 2 *ὄψις ἀνακλωμένη* 15 *δέ*] *δ'* 17 *ἐμπεσεῖται — ἀνακλωμένη ἡ* 19 *ἐλάττονος* 25 *ἐλάττονος* p. 326, 8 *κδ'*] corr. ex *κγ'***) 9 *τεθῇ τὸ ὄμμα* 12 *ἴση*] *ἴση ἐστίν*, *ἰ-* in ras. 14 *ἄρα μόνον* 18 *ϑῆς*] *τεθῇ* 20 *AΓ* 23 *MΘ*] *ΘM* p. 328, 3 *πρός*] *αἱ πρός — ἐγίνοντο* 4 *γίγνηται — συμβαίνοντα* 5 *τὸ ὄμμα*] om. 6 *γίνεσθαι* 8 *ἐμβαλών* 9 *ἀναγάγῃς*] corr. ex *ἀγάγῃς* 13 *οὔτε τῶν ἐντός* mg. 19 *ἀνακλῶνται — ὡς*] om. 20 *τό*] seq. ras. 1 litt. p. 330, 9 *ὄψις*] *-ι-* in ras. 12 *ἐπεζεύχϑωσαν*] *καὶ ἐπιζευχϑῶσιν* 13 *ἄρα*] om. 15 *ΘE*] *ΘE οὕτως* 18 *μόνον*] om. — *ἑκατέρου*] *-κατέ-* in ras. — *E*] *E τῶν* $\bar{\varepsilon}$ $\overset{\omega/}{\Gamma}$ 22 *Γ*, *A*] *AΓ* p. 332, 3 *ἀγαγών*] *-α-* e corr. 4 *μέσον*] corr. ex *μέσων* 5 *διαμέτρου*] *περιφερείας* 9 *αὐτῇ*] sic 12 *ὄψις* — 13 *Θ*] om. 15 *KB*, *KΘ*] *KΘ KB* 16 *ἤχϑωσαν ἤχϑω* 17 *BΓ*] *ΓB* 18 *ἐστὶν ἡ P*] *ἐστὶ καὶ ἡ E* — *μείζων*] om. 19 *οὐκ*] *καὶ οὐκ* 22 *τῇ*] *τοῖς* 23 *ἔστωσαν*] corr. ex *ἔστω* m. 2 p. 334, 10 *εἴδωλον*] *-λ-* e corr. 11 *ἐνόπτρου*]

---

*) Ubi nihil adnotatum, uocabulum *ἐλάττων* plerumque compendio scriptum est.

**) In numeris propp. ab *ιε'* ad *κγ'* numerus posterior in rasura est, item in numeris *κε'*—*κη'* et in *λα'* (pro *λ'* p. 340, 1).

προσώπου 13 *καὶ ἐπεζεύχθωσαν*] *ἐπὶ τὸ Γ καὶ ἤχθωσαν* 14 *B*] in ras. 21 *φανεῖται — δέ*] *δ'* 22 *BΓ*] corr. ex *BΔ* p. 336, 2 *γάρ*] *ἄρα — MA*] *BA* 3 *θεώρημα κθ'* postea add. 5 *καί*] om. — *μέσῶν* 10 *Γ*] *Γ καὶ ἑτέρα ὄψις ἡ ΓΔ ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ B* 11 *τῶν*] corr. ex *τῶ* 12 *ἤχθω* 16 *μέσῶν — προσώπου καὶ τοῦ ἐνόπτρου* p. 338, 3 *ὡς*] sic 4 *ἔλαττον* 6 *θεώρημα λ*$^{-ον}$ mg. 8 *προσ*$\overset{\pi}{\omega}$ corr. in *προσ*$\overset{\pi\div}{\omega}$ 9 *τὰ δ' ἐλάττονα* 10 *τῶν*] *τῷ — τὰ δέ*] *τῶ δὲ τά* 11 *τῶν — ἀριστερά* (alt.)] om. 12 *γάρ*] om. — *AM*] *AB* 13 *γένοιντ'* 14 *ZKΘ* 15 *ΛM*] *KB* — *N*] *H* 17 *ἐλάττονα* 18 *παντοδαπά* p. 340, 1 *λα'*, *α* e corr. 6 *ἐκβεβλήσθω*] *ἤχθω* 7 *ΔΓ*] sic 10 *ἐλάττων — τῆς*] sic — *λοιπῆς*] *τῇ λοιπῇ* 11 *BΓΔ*] *BAΔ* 13 *AΔ ἀκτίς*] *ΔA* 14 *τῇ*] om extr. lin. 17 *εἰς*] *περιφερείας εἰς* 21 *διά*] *δέ* p. 342, 2 *αὗται* 3 *κέντρου γάρ* 4 *ποιοῦσι* 5 *γίνονται* 9 *θερμαινομένων* 10 *στύππιον*] *-ππ-* in ras. *Εὐκλείδου κατοπτρικῶν τέλος.*

harum discrepantiarum pleraeque interpolationem apertam prae se ferunt, uelut p. 294, 2; 296, 1; 304, 13 (cfr. p. 328, 13, ubi interpolatio nondum in textum irrepsit); quae probabilia habet (p. 314, 6 *ἀπό* om.; 318, 1; 322, 21; 332, 9; 338, 3; 340, 7, fortasse etiam p. 340, 21 *δέ* pro *διά*), coniecturae tribuenda, sicut iam in m nonnulla eodem modo correcta sunt. nam arctam cum V necessitudinem ostendunt loci, quales sunt p. 298, 5 et p. 335, 15 *H*; interdum etiam cum deterioribus consentit, ut p. 326, 18; 330, 18.

Scholiorum longe maxima pars eiusdem aetatis est, cuius antiquiora ad Optica, h. e. saeculi IX, ni fallor; errores in V (p. 350, 6; 351, 9; 353, 19; 354, 2, 7, 9, 20; 355, 1; 357, 4, 11, 16, 24; 358, 23; 359, 4, 7, 8, 10, 18, 25; 360, 6, 10, 11, 16), quorum nonnulli ex compendiis male intellectis orti sunt (p. 351, 4; 354, 2, 6; 356, 11; 360, 6), ostendunt, ea aliunde sumpta esse; et duos minimum fontes eorum fuisse, adparet ex 51 et 52, quae idem eodem modo demonstrant. saeculo XV adcesserunt 2, 9, 11 (V^1); nam recepta sunt in p, cuius librarius initio scholia codicis V descripsit, sed mox destitit; ipso V eum usum esse, ostendunt signa, quibus scholia ad textum referuntur, in 3 , in 7 ; eadem enim habet V; p. 349, 5 compendiosam scripturam codicis V male intellexit. de suo addidit nr. 1 et praeterea ad *δι' ἑαυτῆς* p. 290, 17 *ὡς ἐπὶ τῆς ὀρθῆς*, ad *ἐλάσσονος* p. 290, 18 *ἤγουν τῆς ὀξείας, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς μείζονος δηλονότι*

ποιήσει τὴν ἀνάκλασιν ἥγουν τῆς ἀμβλείας, ad *ἐπὶ τὸ B* p. 292, 1 *ἥγουν ἐφ' ἑαυτήν*. omnia fere scholia codicis V (non V^1) habet etiam q (nr. 49 ex eo enotatum non est, sed fortasse iniuria; p. 350, 27 *ἔστι* — 351, 2 omisit), sine dubio a manu 1; ad p. 286, 1 habet *κατὰ κοινὸν τὸ ὑποκείσθω*, ut V. scholia q^1 ante cetera scripta sunt; nam ab eorum collocatione locus scholiorum q pendet.*)

Catoptrica genuina non esse, exposui Studien über Euklid p. 151, nec ante Proclum quisquam ea nominat. de erroribus eorum in rebus expositis u. Studien p. 150 et Gregorius fol. c^u; et forma quoque demonstrationum parum adcurata est. iam hoc confirmare licet comparato loquendi genere cum Opticis genuinis, quae magnopere differunt. uelut de radio oculi in genuinis Opticis usurpatur *ἀκτίς* 74es (+ 3 in locis subditiuis; in propp. 18 et 20 est radius solis), *ὄψις* 20es (+ 2 in locis subditiuis p. 34, 20; 36, 13. undecies legitur in deff. et propp. 1—3, ceteri loci sunt p. 16, 27; 54, 4, 17, 23; 58, 3, 4, 7, 8; 116, 5. oculum significat p. 30, 17; 42, 27; 56, 10). in Opticis Theonis**), quae omnino breuiora sunt, proportio mutata est; *ὄψις* enim 20es usurpatur (de oculo p. 194, 19), *ἀκτίς* uero non plus quam 52es. Theonem uocabulum *ὄψις* praetulisse, manifestum est, si comparauerimus p. 20, 8 *ἀκτῖνες* et p. 170, 7 *ὄψεις*. in Catoptricis denique uicit *ὄψις* (cfr. definitio p. 286, 1), quod 70es legitur, cum *ἀκτίς* nusquam compareat (nam in prop. 30 est radius solis). eadem prorsus ratio est uocabuli *οὐκοῦν* in principio demonstrationis. in Opticis genuinis legitur 15es fere et p. 36, 13 in loco subditiuo, apud Theonem 50es (cfr. p. 80, 11 *ἐὰν ἄρα* et p. 214, 16 *οὐκοῦν ὅταν*), in Catoptricis dimidio fere breuioribus 22es. adcedit ratio angulum per unam litteram significandi (*ἡ A*, non *ἡ πρὸς τῷ A*), quae apud Euclidem inaudita est (in Opticis genuinis non inuenitur nisi in loco subditiuo prop. 42 *ἄλλως*); apud Theonem in propp. 8, 29, 42, 43 usurpatur, in Catoptricis uero saepissime (propp. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 13, 14, 15, 21, 24, 25, 28, 30).

---

*) In figura p. 341 in V desunt litterae *E*, *Δ*, Z; addidi e p. 340, 4—6. littera *P* ita in V posita est, ut in figura nostra, et ita eam habuit scholiasta p. 362, 2; sed debuit intra angulum collocari ut *Π*.

**) Praefationem non respexi; in ea *ἀκτίς* 10es legitur, *ὄψις* quater (p. 148, 12, 18; 152, 27; 154, 2); ibi fere significat oculum (p. 146, 20; 148, 1, 4, 20; 152, 4, 6, 10, 19, 21; cfr. p. 144, 1).

his perpensis oritur suspicio, Catoptrica, qualia nunc habemus, a Theone demum compilata esse, ut cum eius recensione Opticorum in *τὸν μικρὸν ἀστρονομούμενον* reciperentur; nam credibile est, eum in Opticis, ubi opus genuinum ob oculos haberet, a sermone antiquo minus deflexisse, et quae in Opticis nouare incepisset, in Catoptricis demum ad finem perduxisse. hoc si uere suspicatus sum, in cod. Uat. 204 *τὸν μικρὸν ἀστρονομούμενον* talem habemus, qualis a Theone compositus est; ab initio Catoptrica non comprehendit (Studien p. 152). tum causa est dubitandi, scripseritne omnino Catoptrica Euclides; neque enim hoc ex p. 30, 3 concludi potest (potest enim etiam alienum opus ita citare), et Proclus in Elem. p. 69, 2 fortasse iam Theonis opus in manibus habuit, in quod Euclidis nomen ob uicinitatem Opticorum facile transferebatur. in opere suo componendo Theon uti poterat et Archimedis Catoptricis, quae habuit (in Ptolem. synt. p. 10; cfr. schol. nr. 7), et Heronis. et reuera p. 286, 17—19 ex Archimede*) citatur ab Olympiodoro in Meteorol. II p. 94 ed. Ideler, et prop. 4 ad uerbum fere apud Heronem legitur prop. 7 (Rose, Anecdota II p. 322; cfr. ibid. prop. 9 = Catoptr. 24, prop. 10 = 5).

sed cum ceteri Catoptricorum libri Graece non iam exstent, nostrum opusculum aetatem tulit, quia in *τὸν μικρὸν ἀστρονομούμενον* receptum erat; is enim propter Ptolemaeum semper ab hominibus Byzantinis lectitabatur; cfr. Theodorus Metochita apud Sathas *Μεσαιων. βιβλ.* I p. *ρδ*: *καὶ μὴν ἔτι καὶ ἄττα τῷ ἀνδρὶ* (Euclidi) *προσεξείργασται ὀπτικά τε καὶ κατοπτρικὰ καὶ δεδομένα καὶ τὰ περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων, ὡσπερεὶ πρόθυρά τινα ταῦτα καὶ προαύλια τῶν ἐντὸς ἀπορρήτων τε καὶ ἀδύτων ἀστρονομίας*; u. etiam eiusdem *ὑπομνηματισμοί* p. 108 Kiessling.

Apud Arabes nullum uestigium est Catoptricorum (Studien über Euklid p. 152); nam quae apud Alhazen inueniuntur propositiones similes (Schneider Eclogae phys. II p. 231, 233), aliunde habere potest (uelut ex Herone et Ptolemaeo), nec apud Uitellionem, quamquam multo plures propositiones similes habet (u. Schneider l. c.), similitudo eius modi est, ut e Catoptricis nostris hausisse demonstrari possit; est enim multo diligentior et uerbosior. sed ut Opticorum, ita Catoptricorum

---

*) Habet etiam Heliodorus cap. 11; idem cap. 13 ex Herone citat prop. 1.

interpretatio Latina exstat e Graeco facta saeculo circiter XIII, cui titulus est Euclidis de speculis*). eius hosce codices noui:

cod. Marcian. Lat. 332 s. XIII fol. 252, cod. Florent. Conv. soppr. I V 30, Uindob. Lat. 5210 s. XIV fol. 88—95^{r}, Norimb. cent. V, 64 s. XV fol. 168^{u}—170^{u}, Amplon. Q 387 s. XIV fol. 42—44^{u}, Dresd. Db 85 scr. a. 1410, Dresd. Db 86 s. XIV, de quo supra, cod. Musei Britann. Add. 17368, cod. Oxon. Coll. Corp. Chr. 251 et 283 fol. 165—167, cod. Cantabr. Uniuersit. Mm III, 11. e Db 86 quaedam excerpsi, unde adparet, interpreti exemplar codici Paris. 2448 simillimum ad manus fuisse, quod intelleget, qui scripturas infra adlatas cum collatione codicis Parisini comparare uoluerit:

p. 286, 1 rectum uisum esse, cuius media terminos recte continuant, p. 290, 5 equalem faciens angulum, 10 positus uero est et *ez* angulus, 13 conueniet autem, p. 296, 17 trahantur, p. 310, 5 iaceantque, p. 312, 18 quare erit *ae* et *be*, p. 314, 17 in directo eius que est *de*, p. 330, 22 *ag* partes, p. 340, 13 refractus *da* cadit, 17 et equales periferias deprehendentes (sed p. 298, 13 manifestum uero, p. 332, 5 diametrum, p. 338, 18 omnino, p. 340, 21 et ab aliis radii *ze* e *z deg* et *zta*); p. 302, 25 habet: igitur expulsis uisibus.

itaque de Graeco fonte dubitari non potest, sed ut in Opticis, ita hic quoque interpres alium quoque habuit; nam in demonstrationibus saepe a Graecis differt et in mg. tantum iis similia praebet. speciminis causa adfero propp. 1—3: in planis speculis et conuexis et concauis uisus in equalibus angulis reuertitur. esto oculus *b*, speculum planum *ag*, uisusque ab oculo feratur *bk* et reuertatur super *d*. dico, quod anguli reflexionum sunt equales, qui scilicet continentur sub speculo et radio emisso et radio reflexo. trahantur enim perpendiculares a *dbg* super *ag*, et erunt ad *kg bk* trianguli similes. latera enim proportionalia sunt per elementa posita et anguli contenti sub proportionalibus lateribus equales. quare trianguli sunt equianguli. quare *k* anguli equales. esto uero speculum conuexum *agk* uisusque *kb* et reuertatur super *d*.

---

*) Aliud opus sub hoc titulo peruulgatum medio aeuo commemorat Rose, Anecd. II p. 291. exstat etiam in cod. Magliab. XI, 30 et XI, 55, Dresd. Db 86 f. 274^{u}, Paris. suppl. Gr. 263 f. 179^{u}.

si igitur intelligamus speculum planum contingentem circulum in puncto *k*, facient idem radii scilicet *bk dk* angulos equales cum speculo plano. idem enim punctus adhuc est reflexionis, qui prius, sed anguli contingentie sunt equales in eodem circulo. quare totus angulus toti angulo. idem est in speculo concauo. supposito enim speculo plano, cum anguli contingentie sint equales, erunt et anguli portionum*). totalis enim totali equalis est. et ex hoc manifestum est, quod non nisi in unico puncto possibile est fieri reflexionem et in quolibet speculo, ut scilicet uideatur eadem res ab oculo in eodem situ**) manente. hoc tamen satis constat per decimam.

qualitercunque speculo inciderit uisus equales faciens angulos, is per se ipsum reuertitur. hoc manifestum est. si enim non reuerteretur per se ipsum quacunque parte facta reflexione, faceret partem equalem toti per ypothesim et primam propositionem quocunque existente speculo.

qualitercunque speculo adueniens uisus inequales facit angulos, is nec per se ipsum nec super minorem angulum reuertitur. si enim per se ipsum, faceret angulos reflexionis equales contra ypothesim. si uero super minorem angulum, faceret per primam partem maiorem toto, quia equalem maiori suo toto.

